Codex
Lat
4

GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

FRATRIS ALPHONSI A VERA cruce in sacra theologia magiſtri ordinis hære- mitarum Sancti Auguſtini ad candidum lec- torem exhortatio.

Candide lector, omnium preuilegiorum compendi- um, illorum maxime conceſſorum ordinibus mendicantiũ pro conuerſione infidelium, & profectu & manutenentia eorum in fide, à me ante triginta annos inceptum, poſt mo- dum per Reuerendum patrem fratrem Alphonsũ de ~~Mo-~~ ~~rena~~ ordinis predicatorum curioſe & ſingulariter adauc- tum vſq; ad annum .1567. Poſtremo tandem à me ad vmbi- licum (vt aiunt) deductum, non ſine grandi labore ex om- nibus locis curioſè ipſis preuilegijs & perquiſitis, et ex archiuo curiæ Romanę extractis, & ex compendio fra- trum ordinis predicatorum Romæ impreſſo, & fratrum ſocietatis in communi, & altero Indico locupletatum: + ad gloriam & honorem dei, & bonum huius nouæ eccle- ſiæ in partibus Indiarum, & ad adiutorium, & lumẽ præſtandum omnibus miniſtris recta via in officij ſui executione gradiendi, ne offendantur, a Gregorio .9. & Nicolao .5. incipiendo vſq; ad Gregorium .13. qui nũc Chriſti locum agit interris copilaui, & perfeci, cui om- nia, & nos ſubiecta eſto. Quæ in compendio impreſſo religioſorum in cõmuni olim, intacta ex propoſito relin- quentes, aliquorum tamen (que ad propoſitum) mentio à Reuerendo patre Noreña facta, verum exigue, & tanq; per tranſenam & non ex profeſſo in verbo ve- ritatis fidem facio, omnia fideliter ex preuilegijs origi- nalibus, aut tranſumptis authenticis extracta, meq; teſtem occulatum aſſero. Bene vale.

Noreña

+ Quod merito pot nũcupari copendiũ generale indicũ.

RPJCB

Abſolutio primo.

¶. Abſolutio.

¶ Circa hanc materiam de abſolutione tria ſunt trac=tanda. ¶ Primum erit, quid poſſunt prelati fratrum medi=cantium erga ſuos ſubditos. ¶ Secundum, quid quoq; valeat confeſſores ordinum mendicantium + . ¶ Tertium, quid etiã poſ ſint prelati, & religioſi confeſſarij in ſeculares.

+ erga fratres re ligioſos.

Primũ notabile. ¶ Primo, queritur, a quibus poſſunt prælati ordinis abſoluere fratres ſuos. Primo eſt notandum pro intelligentia preuilegiorũ Apoſtolicorum, q dato quòd in preuilegijs, vel alibi concedatur abſolutio ab excõmunicatione, non inde infertur, abſolutionẽ a ſuſ=penſione, vel interdicto concedi, & ſimiliter dato concedatur ab=ſolutio à ſuſpenſione, non ſtatim eſt inferendum concedi abſo lutionẽ ab excõmunicatione, vel interdicto, nam non ſunt iſtæ cenſuræ cõnexæ, nec habent eundem effectum. At uero ſi in=literis Apoſtolicis detur facultas abſoluẽdi à quacũq; cenſura Eccleſiaſtica, tũc optime ſequitur, concedi abſolutionẽ & ab excõ=municatione, & à ſuſpenſione, & ab interdicto, quia nomine cẽſuræ quando in literis Papæ habetur, veniunt omnes tres dictæ, ſcilicet, excõmunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. Sic habetur expreſſé, c. querenti. de verborum ſignificatione. Quod nota, quoniam quàm ſepe in noſtris priuilegijs conceditur poteſtas abſoluendi à quacũq; cenſura eccleſiaſtica.

2°. nota. ¶ Secundo eſt notandum quòd nullum eſt preuilegium conceſſum vel in poſterum concedendum vni alicui ordini mendicantium, quo nõ gaudent et alij ordines mendicantes, quo ad cõmunicationẽ enim re=ciprocam priuilegiorum ~~Papa~~ Sixtus ~~quartus~~ 4, anno. 1474. vt habe=tur in mari magno conceſſione. 354. fol. 144. & Alexand. 6. anno. 1481. Etiam Julius ~~Secundus~~ 2 in compendio priuilegiorum verbo cõ municatio priuilegiorum, conceſſione. 27. et ibi conceſſione. 30. per Sixtum ~~quartum~~ 4, & per Leonem ~~decimum~~ 10, conceſſione. 15. fecerũt omnes iſti pontifices omnes quatuor ordines mendicantium predica=torum ſcilicet, minorum, heremitarum ſancti Auguſtini, et carmelitarum vnum ordinem, et hoc idem priuilegium ha=bẽt fratres de la merced conceſſum à leone ~~Decimo, quod priuilegium ego vidi authenticum in Quatemala~~ 10. anno. 1569. & ſic virtute eius probaui quòd gaudebãt prefati fratres de la merced priuilegijs omnibus conceſſis ordinibus mendicãtib9, vſq; ad leonem ~~decimum~~ 10, & omnibus alijs concedendis predictis ordinibus

Sixt9 Quart9.
Alexa. sext9
Juli9 secũd9.
Leo Decim9.

Cõmunicatio priui legiorum. Et nunc per Grego riũ. 13. cũ reli gioſis ſocietatis vide in cõpedio eorum.

ordinibus mendicantium, etiam si fuissent illa privilegia de illis, quę sunt concessa per Romanos pontifices fratribus mendicantium Indiarum, ~~quod placuit tunc patribus de Quatemala~~.

¶ Tertio est notandum, quod hec cōmunicatio privilegiorum, quam ad invicem habet ordines mendicantium, intelligitur respectiue, id est applicando singula singulis. hoc est, ut privilegijs concessis Magistro ordinis predicatorum gaudeant Magistri + aliorum mendicantium. Et privilegijs concessis prouinciali predicatorum gaudeant prouinciales aliorum mendicātiū. Et privilegijs concessis prioribus predicatorum, gaudeant priores, vel guardiani aliorum mendicantiū, vel illi qui in dictis ordinibus respondēt prioribus conuentualibus. ~~fratrū predicatorum~~. Et privilegijs concessis fratribus predicatorum gaudent fratres aliorū ordinū mendicantium. &c. Et sic videtur declarasse Iulius 2. ~~secundus~~, vt patet in compendio privilegiorum: verbo cōmunicatio previlegiorum. concessio. 15. ~~imo adue dico ego vt dixi~~ + questione tertia, de privilegijs in cōmuni: quod non statim, quod scimus prouintiā, conuētum, vel fratrem, habere privilegium, debemus vel possum⁹ vti in illo, q2 sicut cessante causa, propter quam est cōcessum privilegium, ipsum privilegium cessat, vt habetur. 16. ques. 1. generaliter, et glos. ibi. & c. abbate. de verbo. sig. Panor. 17. 18. numero, ita non concurrente causa, in hac prouincia, vel in hoc conuentu, prælato, vel fratre, propter quam alibi fuit concessum, non possumus illo privilegio vti, quia nō concurrit hic ratio, propter quam privilegium alibi fuit concessum. Et si vis fundamenta hujus rationis ad longū videre, vide verbo. cōmunicatio privilegiorū, concessione quinta. nota 3. Hæc tria notabilia ponenda hic duxi, quia eorū notitia valde est necessaria pro his, quę dicenda sunt. His præiactis.

¶ Sit prima conclusio Magister ordinum mendicantiū, prouinciales, prioresq3 conuentuales possunt fratres suos absoluere ab omni censura ecclesiastica scilicet, excommunicatione, suspensione, & interdicto, a Jure, vel à Judice generaliter promulgata, etiam si essent excōmunicationes de cena dnī

Margin notes:

3º Not.

+ et generales

+ Immo amplius dico, vt infra patebit.

Pr.ª conclusio.
Prelati sibi subditos ab omni censura etiā in bulla cenę contenta possūt absoluere.

domini. Hoc conceßit Clemens ~~quintus~~ 4, et poſtea Iulius 2. ~~secundus~~ confirmauit eandem conceßionem ad petitionem Reuerendi Caietani anno dñi. 1510. et decreuit, quod perpetuo duraret, nec per proceßum de cena domini derogaretur. Excepit tamen aliquos caſus, à quibus non voluit prędictos prælatos ſuos fratres poße abſoluere, ſicut ſi fuißet heretici relapſi, Schiſmatici, falſificatores literarum Papę, vel ſi ad infideles prohibita detuliſſent, vel ſi in pontificē Romanum conſpiraßent. A reliquis omnibus caſibus de cena dñi conceßit dictis prelatis poteſtatem abſoluendi fratres ſuos, imo fratres etiam hoſpites ſui ordinis vndecunque ad ſuas prouincias, vel conuentus declinare contigerit, et quod prędicti prelati poßunt abſolui à ſupradictis caſibus ſicut poſſunt ſui fratres. Hęc omnia habentur in authenticis literis impreßis.

Excipitur hereticus relapſus, Schiſmaticus, falſificator literarū Papę.

Secunda conclū.

¶ Secunda concluſio, non ſolum ſupradicti prelati poſſunt abſoluere, ſicut dictum eſt, ſed etiam eorum vices tenētes poßunt, et valent abſoluere fratres ſuos, vel hoſpites ſicut generalis, prouincialis, priores conuentuales. Ego vidi, et legi hāc conceßionem, ubi ſupra in mari magno, conceßione 546. fol. 236. et in compendio. vbi ſupra.

Dubium, an ſupprior poßit, quę prior. Solutio.

¶ Sed quęres: nunquid ſuppriores in ordine predicatorum poßūt abſoluere, vt priorum vicarij abſoluunt? Rº. quod mortuo priore, vel amoto poterunt abſoluere, et quomodo diximus, quod poterant vicarij priorum cōuentualium, quia tūc ſūt vices gerentes priorum conuentualiū in ſuis cōuentibus ſic enim dicit gloſa conſtitutionum in prologo, et in 2. dis. c. 2. numero 6. ~~dicit~~, quia tūc vices prioris plenarie gerit.

Dubium.

¶ ~~Ergo quid de ipsa interrogabis de~~ Sed iterum quęres. De quo genere vicariorū priorum conuentualium loquitur priuilegiū dictū? Rº. quod collector compendij priuilegiorum mendicātiū, verbo abſolutio, quo ad fratres, conceßione ~~2~~ 4. et conceßione ~~[illegible]~~ 34. dicit, quod vicarius prioris, qui propter mortem, vel defectum prioris habet regimen conuentus, et ſimiliter ſupprior ſede vacante, et quod iſti poßunt vti prefata authoritate, et quod ſic eſt in conſuetudine in ordine. At uero ego intelligo de quocunque vicario prioris conuentualis relicto ab ipſo priore propter eius abſentiam, Probatur, quia priuilegium

Solutio.

ſupdictū

Supradictum concedit generali, prouincialibus, prioribus, conuentualibus, ac eorum vices gerentibus in eorum conuẽtibus, et locis sibi cõmißis supradictam potestatem absoluendi. Sed tũc ille talis vicarius gerit vices prioris in suo conuẽtu, ergo ille potest. Et mirandum de collectore, quomodo ad hoc non aduertit. Dixi hoc priuilegium etiam extendi ad suppriores in absentia priorum ~~in prologo numero 2. in 4. dubio~~ et huic sententiæ modo etiam subscribo, quia ille supprior tũc dicitur gerere vices prioris in suo conuentu, patet, quia regit suum conuentum. Ego teneo, vt dixi, quod tunc vices prioris gerit. Et scito, quod virtute dicti priuilegij poßunt prefati prelati absoluere suos fratres, et sui ordinis hospites ab excõmunicatione iudicis generaliter, vel particulariter lata, et ab omni alia cẽsura ecclesiastica, quia poßũt absoluere ab omni cẽsura, etiam si eßet de cena domini, exceptis supra poßitis secundum Sixtum ~~quartum~~ 4, et Iuliũ ~~secundum~~ 2. Ergo et à censura iudicis, quęcunqz sit illa, quia in maiori scilicet (casibus cenæ domini) includitur minus, scilicet à censura hominis. Item quia in regulis iuris dicitur, cui licet, quod est plus, licet vtiqz quod est minus.

Aduertendum.

Subprior in absentia prioris potest absoluere sicut prior. ~~Et~~ et similiter vicarius in absentia prioris ab eo relictus.

Idem circa hospites.

Tertia Conclusio.

¶ Tertia conclusio. priores conuentuales, et guardiani possunt absoluere fratres suos ab omni excõmunicatione etiam de cena domini nulla dempta. Hoc conceßit Martinus .5. priori Sancti Benedicti Vallisoleti, quod in foro conscientiæ poßit absoluere fratres suos ab omni excõmunicatione. Licet ~~enim si~~ eßet talis, quam ipse Papa reseruare consueuit. ~~Hoc concedit~~ Vide in compendio priuilegiorum, verbo, absolutio ordinaria, quo ad fratres. conceß. 40. ~~in compendio~~ secundæ impreßionis; ~~Et quia~~ per illud verbũ ab omni excõmunicatione veniat intelligenda etiam censura de cena dñi patet, et pro probatione.

Prelati sibi subditos ab omni excõmunicatione poßũt absoluere in foro conscientię, etiam de cena domini sine exceptione.

¶ Est notandum, quod Papa dupplicis differentiæ excõmunicationes sibi reseruare solet, eas, quę in corpore iuris habentur. Et illas, quę in die cenę domini promulgãtur. Sed ipse concedit dicto priori absolutionẽ ab excõmunicatione, quam ipse reseruare sibi solet. Ergo cum dixit (ab omni)

Notandum.

omnij) nullam excōmunicationem exclusit. Argumentū ex c. solitę de maior. & obedientia.

Panor. Priuilegiū latiſsime interpretandū in ꝑiudicium concedētis.

¶ Secundo quia secundum Panor. ex iniuncto. de here. numero. 5. priuilegium latiſsime est interpretandum in preiudicium ipsum concedentis: hoc autem non fit, si dicamus, ꝙ predictū priuilegiū extenditur ad absoluendum ab excōmunicatione iuris, et non ad excōmunicationes cenæ dominj. Ergo. &c. Et quod priores, & guardiani ordinū medicātiū gaudeant per communicationem ~~priuilegiorum~~ hoc priuilegio infra dicemus, verbo, cōmunicatio priuilegiorū. Quoniam sic conceſsit Leo ~~decimus~~ 10.us Caietano, & Papa Paulus 3. & ex hujusmodi conceſsione Leonis ~~deci~~ 10. ~~mi~~, et Pauli 3. constat, ꝙ prouinciales, & generales ordinū mendicantium poſsunt absoluere fratres suos sicut priores conuentuales. Et Iulius secundus idem conceſsit.

Notandum.

Subpriores autem, vel vicarij priorum vel guardianorum quicunque sint illi, non gaudent hoc priuilegio quia conceditur priori, & nō vicario eius. Argumentum ex eo, quia subprior solū succedit priori in his, quę habet ex iure communi, & non in his, quę ei competunt iure speciali, vt hic, ut dicitur de capitulo sede vacante. c. verum. de foro compet. Panor. ibi. numero. 9. & c. scriptum. de elect. numero 12. ~~quia~~ Sed capitulum sede vacans nō succedit epo in his, quę habet iure priuilegiorū. Subprior tamen vel vicarius conuentus sede vacans vel vicarij domorum, quę non sunt prioratus gaudent hoc priuilegio. Tum quia non dignitati, sed officio & in fauorem coscientiarum fratrum conceditur, tum quia non abbati, sed priori eius conceditur, quę omnja militant in dictis prelatis, verbo absolutio. 3.o quo ad fratres in tertia conclusione. vbi hoc ad longum probatur. Aduerte, quod hoc priuilegium dicit quod prior poſsit absoluere fratres suos, vnde hospites non absoluat, quia non sunt sui ~~& ordinis vel illius prelati, in cuius iuris dictione sūt assignati~~ subditi habitatores sui conuentus.

Panor.

Quarta concl.o

¶ Quarta conclusio, prouinciales mendicantiū, ac ipsis absentibus vicarij prouinciarum, ac illi, quibus specialiter, & expres-

se

se cōmiſerint, poſsunt absoluere omnes religiosos, et volentes suum ordinem intrare ab omnibus excōmunicationibus, sententijs, censuris, et peccatis etiam à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis de cena domini. ℒℒ. quando ad eos pro cōfeſsionibus audiendis recurrerint. ℒℒ. Hoc preuilegiū ~~con~~ conceſsit Clemens .7. anno 1530. prouinciali ordinis predicatorum prouintiæ sanctæ crucis de la española. Et hoc priuilegio gaudet omnes prouinciales, ac vicarij prouinciarum absentib9 prouincialibus, et quibus ipsi specialiter, et expreſse cōmiſerint, et in quocunq; loco quarumcunq; prouinciarum ordinū medicantium in toto orbe existentes vti poterūt, quia in dicto preuilegio nulla expreſsatur ratio particularis, quę mouet Papam ad hoc concedendum, et sic vbiq; militat eadem ratio, et causa. Et hoc est singulare preuilegium pro nouitijs, vel pro illis ~~irretitus est~~ + excomunicatione, vel suſpensione a judice particulariter in ~~eum~~ eos promulgata, et ordinem intrant, vt virtute hujus priuilegij poſsīt absolui, quia conceſsis casibus, et censuris Papę reseruatis, conceduntur alię censurę inferiores vt supra in fine secundę conclusionis ++ vide ibi. Et aduerte, quod absoluti virtute hujus conceſsionis non reincidūt, dato ordinem non intrent, vel à nouiciatu retrocedat, quia absolute conceditur absolutio in omnes fideles pro confeſsionibus recurrentes ad prouinciales, et ad ceteros nominatos.

+ qui irretiti sut

++ est dictū.

Absolutio facta cum nouitio et si retrocedat valida est.

¶ Quinta conclusio, prouinciales indiarum ordinū mendicantium poſsunt absoluere fratres suos deputatos conuersioni Indorum ab omni censura Ecclesiastica etiam si sit de cęna domini, etiam in foro exteriori. Hoc priuilegium cōceſsit Adrianus sextus anno .1522. ad petitionem imperatoris Caroli Quinti Cesaraugustæ, conceſsit etenim dictis prouincialibus quo ad fratres suos deputatos conuersioni Indorū omnimodam eius authoritatem in vtroq; foro, + ~~et~~ quomodo et quādo cessant nostra priuilegia quo ad absolutionem à casibus de cena dñi dicetur infra, dubio sexto, absolutio.3. ¶ Aduerte, quod hoc priuilegiū Adriani sexti excedit preuilegium Martini Quinti ~~solum in foro conscientie~~ supra positi .3. con ~~clu~~ ~~ne~~

Quinta concl°.

+ Et

Nota differētiam conceſsionis Adri. 6. et Martini Quinti.

~~ne~~ in hoc, quod concedit absolutionem a casibus de cena do-
mini etiam in foro exteriori. Illud enim Martini Quinti solum
in foro conscientie concedebat. Item illud Martini Quinti prio-
ribus etiam conuentualibus totius orbis, Istud Adriani sexti
solum prouincialibus Indiarum, & non hispaniæ nec Italiæ
&c. quia ibi non currit ratio, & causa, quare hoc concessit
Adrianus sext⁹, scilicet, conuersio Indorum, & fundatio fi-
dei in hoc nouo orbe, & pro hoc agit, quod notaui supra in 3. con-
~~verbo, imo adhuc, sed preuilegium hoc Adriani sexti, est li-~~
~~mitatum pro fratibus conuersioni Indorum deputatis. Illud~~
~~Martini Quinti absolute conceditur sine vlla limitatione.~~

Dubia circa prędicta.

Primũ dubium

Primum dubium. An potestas supra dicta concessa prę-
latis in præfatis preuilegijs sit ordinaria, vel delegata,?
quoniam si est ordinaria, poterit subdelegari à prelatis.
Est enim necessaria scitu hec questio, ut sciant prelati
quando possunt subdelegare potestatem eis concessam in
præuilegijs.

Solutio.

¶ Rc.º breuiter dimissis multis, quę à do-
minis Juristis hic solent conglomerari, quod cõmissio supra
dicta, & quam habent prelati dicti, tam ad absoluendũ
fratres suos, quam ad dispensandum cum eis authoritate
suorum preuilegiorum, quod est ordinaria, quia iurisdictio e-
manans ex cõmissione perpetua facta à Papa vel à non
recognoscente superiorem, est ordinaria, quando est facta
dicta cõmissio dignitati, vel officio, vt hic, & in alijs similib⁹
priuilegijs. Hoc tenet glossa. c. final. de officio. ordi. Na-
uarro. c. ~~27~~. numero. 42. Bal. l. vnica. ff. de officio. consul.
& Panor. c. quoniam. de officio. delege. §. ceterum. num.
1.º

Potestas concessa ꝑ preui legia est ordinaria, & sic subdelegabilis.

Nauarro.

Bal.

Panor.

~~Dubium~~

~~Solutio.~~

~~¶ Dices, quare potestas que datur dictis prelatis ad absoluen-
dum seculares laycos, cum eisqꝫ ad dispensandum, non est dele-
gabilis à prelatis in suos fratres? Rc.º quod potestas, que datur
primo modo scilicet, super fratres conceditur officio per modum
iurisdictionis ordinarie, ut pote in subditos suos. Potestas
autem, que datur secundo modo scilicet, super seculares nõ con-
ceditur~~ de iurisdictione

¶ Idem dicẽdũ „quo ad seculares. Quia

Adrian,

ceditur officio, vel prelatis illorum secularium, sed ad arbitrium quoddam comittitur, et non adinstar iuris dictionis ordinarie, nō ~~sit 2ª quia delegata, vide Nauar. c. 27. numero 42, Etsic ne- oportet, quod~~ Adrianus sextus conceſsit prouincialibus indiarum mendicantium ordinum omnia priuilegia per suos anteceſsores cōceſsa, et concedenda fratibus Jndiarum, quod ea poſsēt comunicare suis fratibus. Ex quo infertur, quod priuilegia, que concedūt aliquid prelatis, ~~idest, fratibus Jndiarum~~ super laycos, vel super fraties, vel que inposterum concedentur, quod prouinciales poſsunt cōmunicare suis fratibus, quod est valde notandum, et menti tradendum.

~~Nauarro~~

Conceſsa, et cōcedenda.

~~Notandum.~~

Potestas cōceſsa religiosis in Jndijs circa seculares est delegabilis.

¶ Secundum dubium. An post mortem prelati totū, qui fratib9 suis cōmiſserunt supradictam potestatem preuilegiorum expiret in predictis fratibus? Rº quod non, dicit enim Siluest. verbo, gratia, et verbo. indulgentia. §. 5. parti. 7. quod gratia conceſsa authoritate Pape durat mortuo Papa, durat et mortuo praelato, eam concedente, vel à suo officio amoto. Jdem habet Panor. c. cum adhoc, de cleric. non residen. nu. 9. Et ratio est quia praefati prelati non comittunt dictam potestatem, sed Papa quia authoritate eius comittunt. Dicit enim Panor. c. cum in Jure de officio deleg. numero. 2º. no. 3. quod quando delegatus Pape precipit aliquid, precipit illud authoritate Pape. Ex quo habes, quod si prouincialis tibi cōmiſserit, vel cōmiſsit particulariter, et expreſse authoritatem breuis. clement. 7. vel Adriani. 6. vel aliorum priuilegiorum, quod non opus est petere ab alio prouinciali, dato, qui tibi cōmiſsit, mortuus fuerit, vel eius officium finierit. Quia tu habes illud priuilegium non authoritate ei9, sed Pape, qui conceſsit ei, ut tibi cōmittere poſset. At uero nō ex hoc inferas, quod prouincialis, qui tibi cōmiſsit vel alius, qui ei subceſsit, quod non poſsit tibi tollere potestatem dictam. Absit, quoniam ex literis principis non debemus intelligere per ipsas velle inferre alicui preiudicium, vel tollere ius, nisi exprimat clare, et expreſse. c. 2. de fili. presbiterorū in 6. et Siluester verbo. priuilegium. §. 3. et Panor. c. cum adhec de clericis non residen. quia in dubio non presumere debemus de principe, quod vellit aliquid condere cum graui alterius dispendio, et quia est graue dispendium, quod obseruantie regulari infertur, dum subditus habeat velle, et nolle contra voluntatem sui pre

Secundum dubium.

Solutio.

Siluester.

Panor.

Notandum.

Si semel prouincialis alicui dedit suā authoritatem, non est neceſs.m ab altero qui.ti petere quo ad vsum priuilegij Adriani

Siluest.

sui prelati, et quia Papa de hac lesione, et dispendio nullam mentionem fecit, et ideo potest prouincialis tollere illa licentiam datam, Et hoc probatur, quia Julius secundus anno.1510. concessit Magistro ordinis predicatorum Caietano, et successoribus eius, ut quando aliqua ambiguitas emerserit circa priuilegia Apostolica concessa, vel concedenda dicto ordini, quod tunc generalis authoritate apostolica possit declarare, quo ad serenitatem conscientiarum, que ei subdite fuerint. Et postea Paulus 3us anno 1542. concessit prouinciali prouintie de Mexico eiusdem ordinis predicatorum omnia preuilegia concessa a sede Apostolica generalibus tam sui ordinis, quam aliorum. Ergo poterit prouincialis declarare, quod non valet amplius illi fratri suo potestas comissa. Item probatur quia per breue Adriani Sexti habet prouincialis omnimodam Pape authoritatem in vtroque foro. Ergo authoritate Pape tam magna poterit tollere. Et ++ ~~hoc preuilegio concesso Caietano fruuntur omnes ordines mendicantes.~~

Quando est dubium in preuilegiis.

++ hæc priuilegia sunt comunia omnibus ordinibus mendicantium per comunicationem priuilegiorum.

Tertium dubium.

Bonum dubium.

¶ Tertium dubium, an valeat hec absolutio vel dispensatio prouincialis Indiarum habens a Papa, ut possit absoluere a tali censura, vel dispensare super tali re, si ipso prelato ignorante hoc preuilegium, absoluit vel dispensat in casu, in quo via ordinaria non poterat, poterat tamen per preuilegium quod omnino ignorat. Dubitatur, an valida fuerit talis absolutio, et dispensatio? et similiter iste prelatus habet a Papa vt possit comittere suis fratibus dictam potestatem absoluendi, vel dispensandi in casibus, in quibus via ordinaria non poterat prelato ignorante hoc preuilegium, comissit subdito suo, omnem illam potestatem quam ipse prelatus habet? Dubitatur modo, si iste subditus absoluit, vel dispensat, valebit ne absolutio, et dispensatio? Respondetur quod in vtroque casu valet absolutio, et dispensatio per regulam iuris: si non valet quod ago, vt ago, valet vt valere potest. de spons. impub. c. vnico in.6. et Panor. c. licet. de officio ordinarii. numero. 6. et. c. cum supra. de officio deleg. numero. 12. dicit, quod quando ex coniecturis constat, quod quis voluit, quod actus, quem facit valeat omnimodo, quo potest, quod tunc habet verum prefata regula. Immo quando sumus in dubio de hac intentione, tunc presumendum est, quod voluit valere actum omnimodo

Solutio.

Panor.

Quando quis dispensat, etiam si ignoret, se habere facultatem, si habet, vere tenet.

omnimodo, quo poteſt, quia facienda eſt interpretatio eo modo vt res potius valeat. c. abbate. de verborum signif. Hec Panor. Item quia validitas actus non pendet à notitia poteſtatis, sed ab ipsa poteſtate, & ab ipso poſſe, quia scientia tantum habet accusare, vel excusare à peccato, sed non inualidare vel validare actum. Quod confertur ex arg.° in sacerdote simplici, qui in ar.° mortis poteſt absoluere ab omni excõmunicatione. Ponamus casum, quòd ipso ignorante hanc poteſtatem absoluit agonizantem à caſu de cena domini, certe valebit absolutio. Dato ipsum ignoraſſe contingat, tunc poſſe ~~videre~~, Vides, quomodo validitas non dependet à notitia poteſtatis, sed ab ipso poſſe, vel non poſſe. Hec volui longius solito probare, quoniam contigit casus in guatemala anno. 1562. & sic iudicatum fuit, quia interpretatiuè voluit ille prelatus & absoluere, & cõmittere illam potestatem. Sic enim responderet si tunc interrogatus fuiſſet, & sic dicũt de adimplentibus precepta ex ignorãtia, quod adimplent, vt si die feſto quem ignoramus eſſe obseruandum, audimus miſſam.

Notandum. Si quis absoluit a casu ignoranter, ~~tum~~ quia nescit se habere facultatem, quam vere habet, tenet absolutio non obstante tali ignorantia.

Absolutio. 2.

Absolutio secũdo.

Modo videndum est, à quibus poſſunt confeſſores ordinis absoluere fratres eiusdem ordinis quando eorum cõfeſſiones audiunt? Et primo dicemus de poteſtate horum confeſſorum secundum ius cõmune. Et secundo de poteſtate, quam habẽt virtute priuilegiorum ad absoluẽdũ fratres.

Quo ad primum dico, quòd confeſſores ordinis mendicantium expositi ad audiendas confeſſiones fratrũ ordinis, vt cõmuniter exponũtur, non habent maiorẽ authoritatem, quam habent confeſſores ab episcopis licenciati ad audiendas suarũ ouium confeſſiones, non enim debent fratres eſſe melioris conditionis, & per consequens nec habere maiorem authoritatem, quam per cõmunicationem generalẽ dari solet, quia non veniunt illa, quę spetiale mandatũ exigunt per talem institutionem confeſſorum. c. 2. de officio vicar. in. 6. & sic solum poſſunt stando in iure cõmuni absoluere fratres à casibus vel censuris, quę nulli reseruantur.

sm

secundum .c. nuper de sent. exco. secus de illis, quorum absolutio ~~particularem~~ Episcopo in iure reseruatur, quia requirit horum absolutio particularem comißionem. Armill. verbo absolutio.§.36. numero.14. Silues. verbo. absolutio.5.§.2.

Armilla. Siluest.

¶ Quo ad secundum dico, quod potestas dictorum confeßorũ secundum preuilegia ordini predicatorum conceßa, in qua plura extendebantur. At uero limitata fuit in capitulo generali salmanticensi 1551. anno. verbo. denunciationes; dicitur enim ibi: denunciamus nos renuntiaße omnibus preuilegijs. (presertim fratũ minorum) in quantum tangũt authoritatem de audiendis confeßionibus, in quantum sunt in preiuditium prelatorum, in promouendis fratibus ad sacerdotium infra.24. annum completum inhibentes omnibus prioribus, et etiam prouincialibus ne ante dictum terminũ a iure positum, exponant quenq̃ ad sacerdotium. Ex his habes, quod capitulum generale etiam renuntiauit priuilegijs, que habemus, vt post q̃ attingeremus .23. etatis annum, poßemus ad sacerdotium promoueri. Infra verbo. ordines. ~~Dicunt acta dicti capituli generalis salmant. denunciamus nos renunciaße omnibus priuilegijs, presertim fratum minorum in quantum tangunt authoritatem prelatorum in promouendis fratibus ad sacerdotium infra.24. annum completum sicut renuntiat idem cap. gen. priuilegijs in quantum tangũt authoritatem de audiendis confeßionibus fratum in preiuditium prelatorũ.~~

Ista solũ spectat prædicatorũ ordini.

~~Hoc ibi~~ ¶ Item Julius.3. postea anno 1555. annullauit omnes licẽtias cuiuscumq̃ formæ, per quas fratres nostri ordinis poterant absolui, a casibus reseruatis in ordine. Et sic ex his alterata fuit potestas dictorum confeßorum, nihilominus autẽ non fuit ablata, quo ad absolutionem a censuris Pape vel Episcopo reseruatis, sed solum quoad absolutionem excomunicationum ordinis. Nam cap. gen. Salmant. non renunciauit priuilegijs ordinis simpliciter, sed vt ibi dicitur in quãtum tangunt authoritatem de audiendis confeßionibus fratum in preiuditium prelatorum. Ergo vbi non est preiudicium hoc, non fuit renunciatum, sed quod fratres absoluãtur

Julius.3. annullauit omnes licẽtias datas religiosis pro absolutione reseruatorum.

per co-

~~Absolutio Secundo~~ quo ad fratres.

per confeſſores expoſitos à prelatis suis a casibus, et censuris eis non reſeruatis, non dicetur eſſe in præiuditium prelatorum quia eos non tangit hoc, nec eis vlla iniuria fit, sicut nec episcopis, si confeſſoribus ab eis expositis Papa concederet absoluere à censuris sedi apostolicę reseruatis. [illegible] ergo per predictum cap. gen. Salmant. non fuit ablata potestas dicta, sed quod poſſint fratres absolui à casibus in ordine reſeruatis [illegible] à castitate, ab obedientia, à paupertate violata. Et breue Iulij .3. non annullat absolute licentias, vel priuilegia, sed illa quę habent fratres, vel quibus vtuntur in absoluendis fratrib9 à reseruatis in ordine sine consensu prelatorum habitis: licentię autem, et priuilegia per que ego dico poſſe fratres confeſſores absoluere fratres eiusdem ordinis à censuris Papę reseruatis non sunt absq; prelatorum ordinis consensu habita, immo ipsis supplicantibus sunt conceſſa. Nec per dicta preuilegia infringitur authoritas prelatorum, nec aduersantur regulari vitę, nec obedientię, cum non fuerint conceſſa fratribus sine consensu ordinis, ideo opus erit hic ponere preuilegia, per quę poſſunt fratres confeſſores à prælatis in fratres ordinis expositi absoluere dictos fratres à casibus non in ordine reseruatis, sed à censuris Papę reseruatis, et quomodo et quando poſſunt impertiri fratribus indulgentiam plenariam.

Hęc notanda. Quòd à reſeruatis null9 poteſt abſolui sine licentia prelati, et modo p Greg.m 13. fratribus societatis etiam datum eſt.

Considerandum.

¶ Prima conceſſio, Sixtus Quartus conceſſit omnibus fratribus tam profeſſis, quàm nouitijs (qui tamen habeant propositum profitendi) ut quilibet eorum semel poſſit eligere confeſſorem ordinis, qui audita eorum confeſſione, absoluat eos ab omnibus peccatis, et censuris ecclesiaſticis, et in omnib9 irregularitatibus dispenset cum eis (homicidio voluntario, membrorumq; mutilatione exceptis) et eis remiſſionem generalem, et plenariam impertiri valeat. Et quòd hoc idem poſſit in mortis articulo.

Sixt9 Quart9

Semel in vita, et semel in morte.

¶ Secunda conceſſio, Leo Decimus concedit omnibus monialibus sancte Clarę (et per consequens omnibus fratribus mendicantibus) vt quater in anno poſſint à suis superioribus

Leo decim9.

quater in anno.

perioribus, siue confeſsoribus ab eis deputatis facere abſolui ab omnibus peccatis, qualitercumq; comiſsis, nisi spe huius conceſsionis aliquid comiſsiſset. Insuper quod eas dicti confeſsores ea plenitudine absoluant, & illi statui innocentiæ restituant, quod Sanctitas sua faceret, si audiret sua peccata.

+ Absolutio plenaria in õnibus ſolẽnitatibus domini sabbaoth.

+ eas

¶ Tertia. Idem conceſsit eisdem, vt in omnibus solemnitatibus domini sabbaoth, & Virginis Mariæ, ac sanctorum omnium, & beati franciſci, & sanctæ Claræ, poſsunt confeſsores ordinis plenarie + absoluere.

¶ Fratres prædicatores vti poſsunt hac conceſsione in feſto Beati Dominici, & sanctæ catherinæ de Sena, & in reliquis hic expreſsis, excepto feſto Beati Franciſci & sanctæ Claræ, his enim feſtis respondet feſtum Beati Dominici & Beatæ Catherinæ, & sic gaudent Augustinienses ratione cõmunicationis.

In feſto sanctæ Catherinæ ~~Marti~~. Indulg.a plen.a

¶ Quarta, Idem conceſsit fratribus minoribus, quod semel quodlibet anno (vltra alias indulgentias quas habet à sede apostolica, poſsunt plenarie absolui, et indulgentiam plenariam consequi in feſto Beatæ catherinæ ~~martyris &~~ virginis, et martiris.

+ In feſto natiuitatis Virginis Mariæ.

+ et cõmutare oĩa vota

¶ Quinta, Sixtus Quartus conceſsit fratribus carthusiensibus, quod poſsunt per confeſsorem ordinis semel in anno in feſto natiuitatis Virginis Mariæ ab omnibus peccatis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis plenarie imperpetuum absolui. Hoc priuilegio gaudemus omnes fratres mendicantes per cõmunicationem quibus poſsumus vti, & absolui per confeſsorem ordinis expositum in fratrem eiuſdem ordinis, + exceptis votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ, vt dixi,

+ Cũ eſt cõceſsa absol.º ab õnibus peccatis reſeruatis intelligitur cõceſsio ab excõmunicatione, si quæ in casu reseruato erat, et si nõ fiat mẽtio de excõicatione.

¶ Eſt tamen pro omnibus supra dictis preuilegijs, & alijs ponendis notandum, quod quando in eis dicitur quod fratres poſsũt plenarie absolui à peccatis, etiam reseruatis, dato in illa mentio non fiat de absolutione à censuris nihilominus debet intelligi, nam virtualiter & generaliter concedit Papa, qz nullus poteſt à peccatis absolui nisi prius ab

excõicatiõe

excõmunicatione absoluatur. Quod probatur per.c. preterea &.c. suspitionis. de officio deleg. vbi dicitur, quod cum cõmittitur aliquid expediendum, reliqua omnia sine quibus illud expediri nequit, videntur conceſsa.

Dubia circa prædicta.

Primum dubium, fratres itinerantes, vel hospites à quib9 confeſsoribus absolui poſsunt? R. quod ut Palud. S. Anto. Silueſt. confeſsor.1.§.11. dicunt. Subditi peregrinantes de licentia Epiſcopi, vel curati deferunt implicitam licentiam secum, vt confiteantur, et cõmunicent etiam extra tempus paschale. Quod Caieta. in summa verbo. absolutio, declarans, dicit, quod confeſsio debet eſse comes viatorum. Nõ tamen hęc licentia peregrinandi dat maiorẽ licentiam, niſi quo ad confeſsiones, & cõmuniones neceſsarias, vt paschales, aut solitas quo ad illos, qui sępe consueuere cõmunicare, confiteri, vel celebrare.

Primũ dubiũ. Palude. S. Antoni9 Silueſt. Viatores secũ deferũt licẽtiam confitendi. Caietan9.

¶ Secundo dicit, quod hec licentia non facit peregrinos melioris conditionis, quàm incolas, qui non poſsunt confiteri cuicumq; voluerint, sed cum curato ſuo, vel cum expositis in illis locis, sic ſimiliter iſti peregrinis, proquo vi.e c. presbiter. de celebra. miſsa.

¶ Sed dices, nunquid in hac supradicta licentia conceduntur caſus epiſcopi, vel prelati, qui licentia[v]erat ſubditũ ad peregrinandum? R. quod quando venit tempus paschale, inquo currit preceptum cõmunicandi, tũc dicit Caietanus, quod poſsunt absolui à casibus, à quibus incolę illi9 parochię abſoluuntur, provt episcopus ordinauit illic. Et sic poterit peregrinus ille abſolui à casibus reseruatis in suo episcopatu, + non eſsent reſeruati, quia confeſsores illius loci abſoluunt ab eis. Quod & tenet ledeſma coimbrensis.2.p.q.9. dubio.8. art.o s.

In tempore paſchali. abſolutio. + ~~tãq~~ si Ledeſma coimbre.

¶ An autem idem sit dicendum extra tempus paſchale, quando licentiantur subditi ad peregrinandum ab Epiſcopo, vel ab alio suo prelato? Silueſt. citat Palud. s. Antoni.

Silueſt.

Extra temp⁹ pasche v̄r quòd peregrinus absolui poßit ab ōnibus à quib⁹ incolę absoluūt.

Et sic prelatus qui licentiam dat subdito peregrinandi, v̄r dare cas⁹ sibi reseruatos nisi cō-trariū constet.

ni, dicentes, quòd poßunt. confeßor. 1. §. 11. quia alias quomodo poßent isti cum quieto animo peregrinari? ¶ Secūdo quia quare hoc licet intempore paschali & non alibi? Eugenius enim solum conceßit, quod quando quis tempore paschali se receperit in alia diocesi sēper ibi intelligatur adeptum eße incolatum, vt ibi confiteri, & cōmunicare valeat, &c. Ergo quomodo concedunt poße absolui tunc ibi à casibus reseruatis in suo episcopatu, habent concedere in alio tempore. Et certe sic mihi apparet dicendū, nec obstat, quòd in conceßione generali non veniunt specialia. Quod est verum, nisi alias constet de contraria voluntate, vt in presenti, quoniam non est credendum de Episcopo licentiante subditum ad peregrinandum, quòd voluit sibi retinere aliquid, quia non consolatam ouem mitteret. Nec obstat, quòd si in parochia, vbi est episcopus daret licentiam subdito, vt confiteretur, cui voluerit, non propterea dantur isti casus, non autem quando peregrinantur, hoc intelligo, quādo aliud non constaret de mente prelati, quoniam tūc illi standum eßet.

¶ At vero Innocentius Septim⁹ ad petitionem Magistri ordinis predicatorum conceßit fratribus dicti ordinis itinerando ex licentia suorum prelatorum, quòd si non habent presbiterum sui ordinis, quòd tunc poßunt eligere alium presbiterum idoneum, & discretum religiosum, vel secularem in eorum confeßorem, qui eos absoluat libere à suis peccatis, nisi talia eßent propter quę sedes Apostolica merito consulenda eßet. Hoc priuilegium denouo conceßit ordini predicatorum Paulus Quart⁹ anno .1556.

¶ Nota etiam quòd per preßbiterum non idoneum in hoc priuilegio intelligo excōmunicatum, suspensum. &c. vel si eßet adeo scropulosus, vt non nisi cum magna alteratione poßet ab illo absolui, vt sępe contingit. &c. vel si eßet minus doctus, ut ab illo non poßet ~~[illegible]~~ resolutionem dubiorum suorum inuenire. tūc si alius inueniri potest alterius profeßionis currit priuilegium, & cum isto poßet frater alterius ordinis confiteri, Argumentū est, ut dicūt doctores, de habētibus bullam cruciatam, quę eis concedit, ut poßit eligere confeßorem regularem, vel secularem sacerdotem.

¶ Secundū

¶ Secundum dubium; Veniunt duo fratres vnus conuentus. N. alter de. N. in conuētu. N. poterit ne prior illius conuentus concedere, vt invicem vnus cum altero confiteantur sua peccata? ¶ R°. Negatiue, quia dato q prior poßit eorum confeßiones audire, et absoluere, vt dictum eſt absolutio primo, in 2ª. conclusione. ~~et secunda concessione;~~ Non tamen poteſt hoc cōmittere, quia habet ex comißione nudum miniſteriū in hospites, nec datur illi iurisdictio ordinaria per illud priuilegium, sicut quādo datur ei poteſtas absoluendi fratres suos, vt notat Syluester absolutio 4. dub. 2. de quo dixi in primo dubio. Remedium tamen datur optimum, vt ſcilicet prior tunc faciat confeßores illos fratres fratrum sui conuentus, et tunc in inuicem poßunt confiteri peccata sua, quia hospes, et peregrinus poteſt confiteri peccata sua quando ex licentia sui parochij peregrinatur cum confeßoribus expositis illius loci, sed illi hospites sūt confeßores in illo conuentu, ergo poßunt alterutrum confiteri peccata ſua.

Secundū dubium.

Solutio.

Siluester.

Notandū quod poteſt prior licentiam dare duobus hospitibus vt ad inuicem poßint confiteri.

Absolutio tertio.

¶ Modo videre oportet, A quibus casibus poßunt prelati mendicantium, et confeßores expositi dicti ordinis abſoluere seculares, dum eorum confeßiones audiunt. ¶ Scito, quòd stando in iure cōmuni æqualiter poßunt absoluere seculares tam prelati, quàm confeßores supradicti ordinis: nam vtrique habent vnam poteſtatem; scilicet, à Clementina dudum, de sepult. et secundum hanc poßunt absoluere, sicut curati: ſcilicet, ab omnibus censuris iuris, quarū absolutio nulli reseruatur. c. nuper de Sent. exco. glo. c. 2. de penit. in. 6. c. 27. numero 39. ~~Nauarro~~. Silueſt. absolutio pri. no. 4. vbi hoc etiam extendunt ad quecunque confeßorem. ¶ Secundū vero priuilegia

Absolutio tertio, quo ad ſeculares.

Nauar.

Nauarro.

Silueſt.

gia cōmunia, quę habentur in mari magno, etiam ęqua-
lem potestatem habēt.

Prima concl.º

¶ Prima conclusio: omnes confeſſores secundum clemen-
tinam. dudum. de sepul. tam prelati, quam fraties ordinū
mendicantium poſſunt absoluere omnes ad eos causa deuo-
tionis recurrentes ab omnibus censuris, exceptis, quę se-
di Apostolicæ reseruantur. Hoc priuilegium conceſſit
vrbanus, & sixt⁹ quartus, in cōpendio priuilegiorū. Absol.º
pri.º quo ad seculares, conceſſione. 9. ¶ Et Pius quintus
in Bulla de motu proprio de nouo conceſſit nobis omnia
conceſſa per suos anteceſſores ordinibus mendicantibus,
& sic reuiuixit hoc priuilegium, si forte ceſſauerat per
non vsum, & per consequens omnia alia, quòd nota
contradicentes, ~~quid scimus~~, an sint in vsu nostra priui-
legia, nec ne, & per hoc priuilegium Vrbani & Sixti 4.
poſſunt dicti confeſſores absoluere à casibus episcopis re-
seruatis, quia conceduntur maiores, scilicet, Papę reser-
uati cum exceptione casuum cęne domini, quę excep-
tio firmat regulam in contrarium.

+ Vide

Pig. 5. cōceſſit nobis oīa ~~concessa~~ a prædeceſſorib⁹ cōceſſa.

Secunda concl.º

¶ Secunda conclusio, poſſunt prefati confeſſores omnes
ad se recurrentes absq; licentia suorum superiorum ab
omnibus peccatis, censuris, sententijs, penisq; ecclesiasti-
cis à Iure vel ab hoīe latis quomodolibet absoluere, &
hoc pro vt episcopi, & ordinarij locorum ex ordinaria iuris
dictione poſſunt, dummodo non sint posita in iuditio &
propter hoc sedes Apostolica consulenda non eſſet. Hoc
priuilegio gaudemus cōfeſſores ordinū mendicātiū per cō-
municationem nobis factam, quia Eugenius quart⁹ hoc
priuilegiū cōceſſit monachis Sanctę Iustinæ, & Leo. 10.
& Pius. 5. cōmunicauit nobis omnia preuilegia cōceſſa
& concedenda. Et Paul⁹ quart⁹ etiam conceſſa mona-
chis. Armilla. verbo absol.º numero. 26.

Absolutio ab ōib⁹ censuris, pro vt epi poſſunt.

Armilla.

¶ Tertia conclusio, non solum confeſsores prędicti expositi secundum formam Clementinę. dudum. de sepul. poſsut à prędictis casibus absoluere, sed etiam omnes alij cōfeſsores, qui acceptati fuerint ab ordinarijs locorum in confessores secularium. Sic enim eſse conceſsum fratribus prędicatoribus lombardiæ, per pontifices Romanos, dicit se vidiſse Tabiena. verbo abſolutio. §. 54. quod hujusmodi confeſsores habent omnes gratias, et priuilegia in audiētia confeſsionum, ac si eſsent preſentati secūdum formā Clementin. dudum. ... Et Sixt9 quart9 conceſsit fratribus minimis, vt poſsint absoluere seculares ab omni censura tam à iure, quàm ab homine reseruata ipsi ordinario. Quod et conceſsit poſtea Julius secundus eiſdem.

Tertia concl.^o

Pro omnib9 cōfeſsarijs.

Tabiena.

¶ Quarta conclusio prædicti confeſsores ordinis fratrum prędicatorum poſsunt in feſtis incarnationis christi, purificationis B. Virginis Mariæ, Resurrectionis domini, Visitationis beatæ Marię, et Natiuitatis eiuſdem et in quolibet die trium, qui prędedunt dictas feſtiuitates absoluere omnes confratres Rosarij beatę Mariæ Virginis, qui sunt et erunt dicentes tribus diebus in qualibet septimana coniunctim vel diuiſsim centum et quinquaginta Aue Maria, et quindecim pater nr̄, ab omnibus peccatis, et censurijs ab omnibus q̄ pęnis latis in iure vel à iudice, etiam apostolicę sedi reſeruatis, exceptis de cęna domini. Hoc conceſsit Leo Decimus, confratribus roſarij b. Mariæ virg. confitentibus sua peccata confeſsoribus ordinis predicatorum. Hoc preuilegium, conceſsit confratribus dictis confitentibus sua peccata fratribus monaſterij de colonia ordinis predicatorum, et per consequens per cōmunicationem omnes fratres aliorum monaſteriorum dicti ordinis vbi fundata eſt confraternitas dicti rosarij beatę Mariæ, gaudent. Hec conceſsio est maior inter ōnes, quas habent confratres roſarij ad absoluendum seculares,

Quarta Concl.^o

Pro confratrib9 Rosarij b. Virg. Mariæ.

Ab ōnibus etiā Papę reseruatis exceptis cōtentis in bulla cęne domini.

~~Confeſsio debet fieri fratru ordinis predicatorū sed absolutio nō est neceſsario fiat in domo predicatorum.~~

culares, qui ſolum excepit casus cenę domini, & sic poſſunt supradicti abſoluere percusores clericorum, & alios excõmunicatos per excõmunicationes iuris cõmunis. Neq; requiritur quod absolutio fiat in domibus prędicatorum vt male habent tabulę quędam indulgentiarum rosarij impreßæ salmanticę, quia bulla originalis non excepit, nec verbum vllum de hoc dicit, sed absolute concedit. Nec etiam requiritur, quod dicti confratres sint scripti manu religiosi ordinis prędicatorum, nil de hoc dicit bulla, nec quod dicti confratres ieiunent in vigilia Sancti Dominici, nil in bulla Leonis Decimi, sed in coſtitutionibus confratrum, seu confraternitatis roſarij poſt factis, quę non poßũt alterare dictam bullam.

Notandum

Prædicti priuilegij expositio.

¶ Aduerte quod dato prędicta abſolutio concedatur cõfratribus dicentibus qualibet ſeptimana prędicta pater noſter, & Aue Maria, & per consequens, si non dicant, nõ poßunt abſolui, quia non faciunt, quod mandatur in Indulgentia. At uero si poſtea reincipiant dicere dicta pater noſter, & Aue Maria, poterunt abſolui sicut dictum eſt, quia non perditur hoc preuilegium irreparabiliter. Argumentum ex clericis negociatoribus, qui dũ ceßãt, gaudent in bonis patrimonialibus. c. de vita. & et Panor. ibi numero. 11. et glossa. secundum autem preuilegia particularia habent quidam prelati vberiorem poteſtatem ea, quam etiam poßunt cõmunicare suis fratibꝰ.

Quinta concl.º Solum excepit casus cęne.

¶ Quinta concl.º Prouinciales Indiarum, et prouinciali absente vicarius prouincię, & fratres quibus specialiter, & expreße dictus prouincialis, vel dictus vicarius prouincię cõmißerint, poßunt absoluere omnes christi fideles pro confeßionibus ad eos recurrentes ab omnibus censuris Ecclesiasticis, sententijs, peccatis, caſibus etiam sedi apoſtolicę reseruatis, exceptis de cęna domini.

¶ Aduerte primo, quod licet hoc priuilegium conceßum sit

~~Absolutio tertia~~ quo ad seculares.

prouinciali sanctę crucis de Isla spañola ordinis prędicatorum, et dicto vicario, et dictis fratribus, sicut dictum est, verumtamen eo gaudent omnes prouinciales ordinum mendicantium, et Indiarum per cōmunicationem particulariter eis per breue Adriani sexti factam. Et similiter omnes alij prouinciales dictorum ordinum mendicantium quarumcumque prouinciarum Europæ, Aßiæ, Aphricæ, &c. quia non est ratio particularis, quare Clemens 7. conceßerit id priuilegium dicto prouinciali sanctæ crucis, plusquam alijs. Quod quidem conceßum fuit anno. 1530.

Quia Adrian⁹ cōicat conceßa et concedēda.

¶ Secundo aduerte, quod priores conuentuales non gaudent hoc priuilegio nisi particulariter, et expreße per prouincialem, vel vicarium dictum cōmittatur, qua propter deberēt prouinciales, quando confirmant fratres electos in priores, vel quando instituūt vicarios domorum indiarum particulariter, et expreße hoc preuilegium eis cōmittere, quia hoc preuilegium prouinciali conceditur, preuilegio vero prouincialis non gaudent priores per cōmunicationem vt diximus supra. absolutio pri. in 3. notatu.

Prouincialis debet committere priorib⁹, quando eos cōfirmat hac facultatem. Aduertendum.

¶ Tertio aduerte, quod hoc priuilegium est personale, vt pote personis conceßum, et sic sequitur personam vbicumque fuerit secundum regulam, priuilegium personale in. 6. Et S. Anto. 3. par. titᵒ. 20. regula priuilegiorum, et licet finito officio prouincialis, vel vicarij dicti, non poßunt ipsi vti hoc priuilegio amplius, quia officio, et dignitati fuit cōceßū. At vero non ceßauit si conceßerūt alicui fratri, quia authoritate apostolica hoc conceßerūt, ut dixi supra, absolutio pᵃ, dubio. 2ᵒ. An autem ceßet si frater iste indiarum cui facta est dicta cōmißio, vadat in Hispaniam. Dico quod quandiu est prouinciæ indiarum vnde mißus fuit, quod gaudet dicto preuilegio quia illud est priuilegium personale. &c. An uero si idem sit, si hinc receßerit habitaturus in Hispaniam? quod non, sed quod tuc ceßabit, quia hoc priuilegiū conceßum fuit prouincialib⁹ indiarū,

Sanct⁹ Antoni⁹.

Priuilegium conceßū prouinciali, quia personale ceßat completo offᵒ. sed si ipse alteri cōmißit, eo amoto, non ceßat talis cōmißio.

+ Dico,

Absolutio 3ª, ~~que ad seculares~~.

indiarum, & fratibus suis, sed ille iam non est indiarum. Ergo &c. itaq; quandiu fuerīt isti fratres quibus cōmiſsa est poteſtas huius breuis Clementis. 7. subditi prouincialibus, qui eis hanc authoritatem cōmiſserūt gaudere vtiq; poſsunt dicta authoritate vbicūq; se receperint. Aduerte, quòd semper isti fratres dicuntur subditi prouincialibus, quandiu in aliam prouinciam aſsignati, non fuerint, quia officio prouincialis cômiſsit clemens. 7. hanc poteſtatem, & non fratri tali, officium autem prouincialis idem est, licet electi in prouinciales plures fuerint.

Sexta Concl.º Absolutio ab omnib9 etiam confetis in bulla cenæ ex Adria. 6.

¶ Sexta concl.º prouinciales indiarum ordinum mēdicantium poſsunt ex priuilegio Adriani. 6. conceſsū ad petitionem imperatoris Caroli Quinti, anno. 1520. et fratres quibus cōmiſserunt, omnes indos, & omnes christicolas fratres concomitantes ad opus conuersionis absoluere in vtroq; foro ab omni censura etiam de cena domini. Conceditur enim eis omnimoda Papę poteſtas in vtroq; foro, tantam quantam iudicauerint expedire pro conuersione indorum, & manutētione, ac profectu illorum, et aliorum pręfatorum in fide catholica & obedientia Ecclesię Romanę, sed quia indigent hęc declaratione, ideo.

Declaratio priuilegij Adriani.

¶ Primo scito, quòd pręlati quibus conceditur iſta poteſtas in breui Adria. 6. non sunt priores conuentuales nec guardiani, nec vicarij prouinciales, sed solum prouinciales, vel vicarius prouincię, mortuo prouinciali, vel vicarij generalis ordinis, quia dicitur in litera, quòd debent permanere sub obedientia ~~Magistri~~ miniſtri generalis ordinis iſti pręlati, quòd non poteſt intelligi, nisi de prouincialibus, vel vicario prouincię sede=vacante. Alij autem sunt sub obedientia prouincialis. Item quia sequitur absurdum, quod priores, vel guardiani quatuor

fratrū

fratum haberent in suo conuentu omnem authoritatẽ, quam habet generalis per totum ordinem, & ultra hoc omnimodam Papę authoritatem in utroq; foro super indos. ss. ergo si clare non conceditur, non debemus talia subinferre ex cõmiſſione generali. Prouinciales quando confirmant priores deberent hoc illis concedere, vel si non omnibus saltim illis, qui ad id idonei videtur.

Aduerte quid prouinciales debent facere, cum confirmant priores.

¶ Secundo scito, quod per illa verba scilicet omnimoda Papę potestas, non venit totum, quod alias Papa poſſet, quia iam poſſet creare nouos episcopatus, deponereq; reges. ss. sed venit iuditio meo quędam, quę cõmuniter Papa suis legatis cõmendat, & alia quę non semper sed aliquando, & perquàm raro ~~comiſit, &~~ cõmittit, quę viri cordati iudicabunt in particulari. Absoluere vero ab excõmunicationibus cęne domini, dispensare in votis castitatis perpetuę, & impedimẽtis matrimonij de iure humano, hęc et in his similibus absq; dubio conceditur, quia hęc cõmitti solent legatis, & sępę indiget hęc ecclesia hujusmodi poteſtate ad manum habere, ~~et ad Clemẽt. pam compe ſra in verbo omnimodam,~~ Et ad panormit. c. conquestus. de foro competen. numero. 4. dico, quòd plura concedit Papa hic, quia addit tantam quantam opportunam, & expedientem iudicauerint pro cõuersione Indorum & manutentione, ac profectu eorum, & aliorum in fide, & obedientia Ecclesię. Rom. ubi Papa se magis declarat.

Quid concedatur per omnimodam poteſtatẽ ab Adriano id scts quòd cõmuniter legatis solet.

Valde considera

In voto castitatis dispensatio.

Modo clarius in cõpendio societatis.

Cõtra glosã. & Panor.

¶ Tertio scito, quòd personę, super quas conceditur dicta potestas, sunt fratres proprij, vel alterius ordinis de licencia sui prelati, deputati tamen conuersioni indorum, qui non solum sunt, quę calent indorum linguam, sed alij, qui ~~eis adso~~ eos adsociant adhoc, vel domum seruando, pueros docendo, vel curando infirmos. ss quia sine his non poſſent primi exercere cõ

Circa omnimodā potestatē Adri. 6.

re conuersionem indorum. Item quia priuilegium concessum scholaribus, extenditur ad cōmorantes in studio cum eis, quia large poßunt dici scholares, quod tenet glo. c. i. de locato. & Pan. ibi. numero. 9. Item quia conceditur hęc potestas supra ~~seculares, & super~~ fratres, et super omnes christicolas fratres concomitantes ad opus conuersionis, ergo ad fratres dictos, qui concomitantur.

Panor.

¶ Et super Indos, & ad hoc sufficit quod expediat conuersioni eorum, ad hoc vt poßint prefati prelati vti potestate dicta, vel quod similiter expediat manutentioni, & profectui eorum in fide, & obedientia Ecclesiæ Romanæ, & sic poßunt dispensare in voto castitatis perpetuę, vel super impedimentis dirimentibus matrimonium de iure humano. Et absoluere ab excomunicatione cęne domini, si expediret saluti animę vouentis, vel contrahentis matrimonium. &c. Itaque causa sufficiens impresentiarum est non solum quando in generali expediret bono cōmuni indorum, sed quando in particulari vtile eßet, vt quis euitet peccata, et vt plus diligat ministros Euangelij, et vt quetius ~~etiam~~ vitam agat cum coniuge, quę causa non sufficeret cum fratribus, vel alijs, quia vltra causam rationabilē, quę debet semper interuenire in huiusmodi dispensationibus requiritur, quod cedat in bonū indorū directe, vel indirecte, vt patet in litera.

Nota. Quid poßūt prelati, et illi, quibus cōmittitur per bullā Adriani in dispensationibus.

Notandum.

¶ Et super christicolas ad opus conuersionis indorum fratres concomitantes. Quamquam hęc verba concomitantes fratres &c. videantur quandam particularitatem, & spontaneam oblationem ad dictum opus conuersionis, quam de se ipsis sunt facturi illi christicolę. At vero extenduntur ad christicolas, qui exemplo bonę vitę, odore sanctæ famę vitam agunt inter has gentes nouiter conuersas, quid enim amplius facturi eßent, si concomitarētur fratres? Item quia sequitur idem effectus, qui prætenditur

Considerandum, qui sūt veri christicolæ, qui ad opus conuersionis Indorū frēs cōcomitantur.

tenditur in dicta concomitatione, et sic vidi fieri a viris pijs, et doctis, quia inquiunt, currit verbum dictum, et dilatatur in cordibus indorum per huiusmodi personarum exempla, adiuuaturque prędicatio Euangelij, et conuersio indorum.

Causa et ratio, quę mouit Papam ad concedendum hoc priuilegium fuit, vt melius conuersio indorum fieri valeat, et saluti animarum omnium in Indijs pro tempore degentium prouideatur §. sic dicitur in litera et sic iste est scopus concessionis hujus, et ad hoc debent respicere vtentes hac potestate omnimoda Papę, ne errent quoniam non valet dispensatio illius, qui dispensat in iure comuni citra Papam sine causa rationabili vt tenet Panor. c. quia secundum. de prębendis. numero. 3. et siluester. verbo. dispensatio. §. 3. vt dictum est supra.

Limitationes tres ponuntur in breui, ad hoc vt prefati prelati vti poßint pręfata omnimoda potestate.

Prima limitatio est, vt prelati vbi sunt episcopatus creati distent ab episcopis vel ab eorum officialibus per duas dietas §. alias non valeret dispensatio, et ratio huius limitationis fuit vt deferreretur episcopis in subditis suis. Et sic si potestas huius priuilegij exerceretur in foro conscientię, ~~etiam~~ in illos, qui non sunt subditi episcopi loci, poßet fieri intra duas dietas, quod nulla iniuria episcopis fit, Et officiales episcoporum in presenti sunt vicarij generales episcopatus (como los prouisores) non enim dicit breue officiales episcopi, quia tunc omnes vicarij multorum locorum, qui habent ibi ius eßent contenti in hoc priuilegio nomine officialium, sed dicit officiales episcoporum, vt + ~~veniunt~~ generales cuiuscunque episcopatus. Item quia nos habemus priuilegium Pauli Quarti in quo conceduntur nobis nostra preuilegia iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem in omnibus, et per omnia, ergo quando est dubium de aliqua conceßione nobis facta debemus interpretari iux-

[Margin notes:]

nota [illegible]

Syluester.

limitationes.

In foro conscientię etiam intra duas dietas potest eße vsus omnimodę.

Nota, nam est singularis aduertentia.

Per officialem episcopi intellige prouisorem, vt vocant.

+ intelligatur officiales

tari iuxta fauorabiliorem interpretationem noſtram.

Pau. 3.

¶ Quarto ſcito, quod Paulus Tertius hoc breue Adriani 6. ampliauit ad loca vbi sūt Epiſcopatus creati, vel infuturum creabuntur etiam infra duas dietas. Sed debet interuenire epiſcopi conſenſus, et epiſcopo exiſtente in Epiſcopatu, non poßet generalis Vicarius totius diocesis dare hunc aßēsū, ſecus si non exiſteret. Argum. c. nullus. de temporibus ordi. in. 6. et clementina. dudum. de ſepul. vbi in preſentatione confeßorum epiſcopus debet dare suum aſſenſum, ſicut hic, et tamen si epiſcopus eſt in ciuitate non poteſt vicarius generalis dare. Silueſt. confeßor. 2. §. 8. ex quo patet, quod alij inferiores vicarij non poterunt dare eis hunc aßenſum, nec prediti prelati poßunt petere ab eis, quia non poßunt cedere honori, qui debetur in hoc caſu epiſcopis.

Aduerte
Si Epus adeſſet, conſenſum non poſſet preſtare gnalis vicarius, nec epo preſente.

Sylueſt.

At vero epiſcopi bene poterunt concedere eis vt poßint preſtare hunc aßenſum, quia poßunt cedere honori ſuo, cui defertur in limitatione dicta de dietis duabus, ſed debet interuenire clauſula particularis in hoc, quia epi poßunt ex cōmißione particulari ſcilicet, Pauli 3. c. qui ad agenda. de procura. in. 6. et postq̄ epiſcopi dederint aßenſum dictis prelatis vtendi hoc priuilegio infra duas dietas, non poterunt ſine cauſa rationabili tollere, quia epiſcopi ſubduntur iuri canonico dicenti. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt (ſine cauſa ſcilicet rationabili) de regulis iur. in. 6. regula. 21. et regula 16. decet. vbi gloſa dicit, quod imponit neceßitatem quantum ad ſubditos, et quantum ad principem potentem, quia poteſt priuilegium moderari, et cauſa rationabilis vacat, ſi poſt licentiam vterentur ſcandaloſe, vel mentecapti eßent. ſecundum ſilueſt. confeßor. 2. §. 11. nec ceßabit hic aßenſus per mortem epiſcopi, qui dedit, quia ipſe nō dedit ex proprio iure, ſed Papa ei conceßit, vt poßet preſtare,

Epus poteſt concedere ſuo vicario vt det aßenſū fratibus ad vſum omnimodę Adriani.

Valde nota.

Dato ſemel aßenſu ſine cauſa rationabili non poteſt reuocari.

~~Absolutio~~ quomodo religiosi vtuntur ~~potestate~~ õimoda potestate.
re, & sic authoritate Pauli tertij dant assẽsum, qui ante non poterant.

¶ Declarationem preuilegij Pauli tertij in ampliationem concessionis Adriani. 6. vide in fine. in verb. preuileg. vbi, aperte manifestatur, per Paulum tertium, non fuisse restrictam omnimodam potestatem Adri. 6. sed potius ampliatam, vt ibi erit manifestum ex iuris peritis & testibus & legibus adductis. — Considera.

¶ Quinto scito, quod vbi non sunt episcopatus creati, vt quondam en Yucatan y en la vera paz, y Veragua possunt prefati prelati vti hac potestate, sine eo quod episcopi prestent assensum, quia ibi non extenduntur termini suorum episcopatuum, & postq̃ ibi predicti prelati exercent hanc potestatem, nil possunt intentare episcopi vicini, quia illa loca sunt cõmissa dictis prelatis per Papam, & sic sũt eius delegati, et ob hoc possunt sacramenta confessionis matrimonij. &c. celebrare, etiam post concilium tridentinum, quia concilium loquitur in locis episcopatus, & diocesis episcoporum, + illa loca non sunt de suo episcopatu quia vltra limites sui episcopatus existunt, immo possunt religiosi Ecclesias benedicere, sacramentum confirmationis conferre, Ecclesijs de ministris prouidere per breue Leonis Decimi — + Sed — Considera. — Considera

¶ Secunda limitatio est, quod hec potestas omnimoda Pape non extendatur ad actus, qui requirunt specialem ordinem, vt patet in litera, & quod ex hac concessione, in qua datur omnimoda Papae potestas dictis prelatis possunt absoluere a casibus de cena domini, dispensare in votis. &c. Et in matrimonio, ex eo patet, quia expressi sunt aliqui casus speciale mandatum requirentes, quando dicit, quod habeant tantam potestatem quantam iudicauerint expedire, & esse expedientem pro conuersione Indorum. &c. ac aliorum prefatorum. Non enim conuersio hec fieri potest sine dispensatione, et absolutione multorum casuum speciale mandatum exigentium, nec episcopi — Secunda limitatio. — A casibus in bulla cene.

ordinaria

ordinaria potestate poßunt ſuper hęc. Ergo dantur casus speciales. R. Et super hoc addita est clauſula generalis, et omnimodam poteſtatem nostram. R. cum conceßißet, quòd extendatur ad casus, qui non requirūt ordinem epiſcopalem, qui casus sunt speciale mandatum petentes. c. accedentibus. de exceß. prelatorum. Ergo conceduntur alia specialia. c. qui ad agendum de procur. in. 6. Item quia in priuilegijs Apostolicis magis attendimus mentem concedentis, quam verba, secundum Panor. c. 2. de appell. num. 2. quę quidem mens colligitur ex ratione expreßa in conceßione. Quæ sufficientißime expreßa fuit per Adrianum Sextum, quando conceßit omnimodam potestatem suam ad omne, quòd expedierit pro conuerßione Indorum. Et ego magister Alphonsus à veracruce fidē facio ante. 40. annos audiße à primo archiepiſcopo mexicano viro integerrimo, religiosißimo et humilißimo, Fre Ioanne Çumarraga dictum fuiße ei, ab illo qui erat à consilijs Adriani. 6. Yd en buen hora con la conceßion porque la lleuays, como si fuerades Papas.

Panor.

¶ Sexto scito, quod dato in cōcilio Tridentino. seßio. 24. c. 26. mandatur, quód causæ matrimoniales à solo epiſcopo tractentur, nec legati, nec nuncij apostolici, aut alij quarumcumqꝫ facultatum vigore in prędictis causis impedire episcopos, aut aliquo modo presumant, non obstantibus prętuilegijs. R. Religiosi in his Indiarum partibus non tractamus hujusmodi causas modo, et forma, qua poßit dici impedire episcopos, vel turbare, quia non cum strepitu iudicij illas tractamus, sed vt viri Euangelici, et magistri veritatis docendo veritatem, et sic non vsurpatur iurisdictio episcoporum. Nec obstat, quód in executione horum aliqua solenitas seruetur, quia magis est ad inuestigandam veritatem, quám ad procedendum contentiosé. Imo poßet dici

Non faciūt contra cōciliū Triden. religiosi quando tractāt cauſas matrimoniales.

Valde considera, qꝫ causę matrimoniales modo quādo tractāt à religiosis cū indis nō perturbāt episcoporum authoritatem.

dici ad concilium, quod dato, derogetur nostro priuilegio per suum decretum. At vero quia non cognoscũt prelati de huiusmodi causis, vt decani, Archidiaconi, &c. sed vt delegati à Papa eius authoritate, non impediendo indos ire ad episcopum, non dicetur impedire episcopos, vel turbare eorum iurisdictionem, hoc enim prohibetur delegatis apostolicis in hoc concilio. Argumentum c. et quoniam. de immun. Eccle. 6. Si enim Indi non veniant pro huiusmodi causis ad dictos prelatos, non est preripere pertinentia ad episcopos, vel turbare eorum tribunalia, si tractent huiusmodi causas.

¶ Tertia limitatio est, quòd hec supradicta potestas non datur perpetuo, sed donec aliud per sedem apostolicam fuerit ordinatum. Per que verba excluditur opinio dicentium breue hoc Adriani sexti, cessasse, quia (inquiunt) cessauit ratio concessionis eius. scilicet, conuersio Indorum, & penuria ministrorum. Quibus Rx. Quòd dicta potestas non fuit concessa tantũ donec conuersi sint Indi, vel fuerit abundantia ministrorum, sed donec aliud visum fuerit per sedem apostolicam. &c. Item quod semper indigent Indi pro eorum manutenentia presentia fratrum. Item quia Paulus 3. Postea ampliauit dictum priuilegium Adrian. 6. ad loca, vbi sũt episcopatus creati, vt in expositione eiusdem priuilegij, vt dictum est, erit compertissimum, vbi Iura adducetur.

Tertia limitatio

Non cessauit preuilegium Adria. 6.

¶ Septimo scito, quòd hoc priuilegio non gaudent prouinciales hispanie, quia ibi non ~~limitat~~ militat ratio, quare hoc priuilegium fuit concessum in his terris, vt notatum est supra. absolutio pri. no. 3°.

Dubia circa predicta.

¶ Primum dubium. Quid nomine casuum Pape venit intelligendũ

Nõie casuũ Papę non veniũt peccata, ſed ſuſpẽſio, interdictũ, excõicatio. Nauarro.
S. Antonin⁹.

Armilla.
Tabiena.

Conſideradũ cum aliquis prelatus inferior Papa cõcedit ſuos caſus nõ cõcedit abſolutionẽ ab excõmunicatione vel ecõtrario, niſi explicet. Adrian⁹. in 4. Nauarro.

Sanct. Thom.

Armilla.

Secundum dubiũ. De eo, qui ſpe priuilegij peccat.

intelligendum in ſuis literis? R⁰. quod excomunicationes Papę reſeruatę, ſic tenet Caietanus. Armill. verbo. caſus. §. 2. Nauarro. c. 27. numero. 254. non aũt peccata, quia ſecundum. S. Anto. 3. p. Titu. i. c. ii. nullum peccatum quantumcunq; grauiſſimum eſt Papę reſeruatum. Etiam nomine caſuum veniunt ſuſpenſio, interdictum, quando continentur in literis Papæ, ſic tenet Nauarro, Armilla Tabiena vbi ſupra. Quando autem alij prelati concedunt abſolutionem ſuorum caſuum non concedunt ſuas excõmunicationes, quarum abſolutio eis ſeruatur ſecundum Nauarrum vbi ſupra, quia iſti prelati vltra excõmunicationes has, habent peccata, quorum abſolutio eis reſeruatur, ideo ſit cautus, qui petierit caſus episcopi, vt etiam peccata, & excõmunicationes ei reſeruatas exprimat. Nota ex Caieta. in ſumma, quòd abſolutus à cenſura Papę reſeruata, puta propter ſimoniã, quòd tunc poterit confeſſor abſoluere à peccato ſimonię quia ex quo ceſſat ratio reſeruationis, ceſſat etiam reſeruatio annexati peccati, quod etiam tenet Adrian⁹ in 4. fol. 264. in percuſione clerici, Et licet ſoleat limitari, niſi tale peccatum ſit episcopo reſeruatum, vel habeat cenſuram episcopi, nihilominus Nauarro. c. 27. numero. 154. dicit, quòd conſuetudo iam habet contrarium, & quod ablata excõmunicatione Papę, ablata etiam credatur et epiſcopi. Et Sanct. Thom. 4. d. 19. q. 1. a. queſtiuncula. 3. Dicit quòd poteſt confeſſor abſoluere à peccato, propter quod incurritur irregularitas, dato quòd ipſa irregularitas pertineat ad ſuperiorem. Vide Armill. verbo. caſus. §. ii.

¶ Secundum dubium, an qui ſpe preuilegij peccat ſuffragetur ei preuilegium? R⁰. Quòd ſi in preuilegio non cauetur, quod qui ſpe eius peccauerit, non ſuffragetur, poterit abſolui, quia quando Papa vult, quòd

non

non ſuffragetur peccanti ex confidentia preuilegij, ſolet ex-
primere, vt patet in multis priuilegijs, quę ego vidi. Ergo
quando hoc non exprimit, nos non debemus diſtinguere. Ar-
gumentum enim ab ſpeciali valet apud juriſtas in his, quę
ſunt de iure. Hinc enim dicimus non comprehendi in excom-
municatione dantes auxilium, conſilium. &c. niſi in ipſo
canone habeatur. Item quia hoc eſt beneficium principis
in remedium peccatorum, ergo late debet interpretari. Hoc te-
net victoria 4. de indulg. Syluest. verbo, Indulgentia. §. 10.
parti. §. Ledeſma Coimbrenſis. 4°. q. 29. ar. p. dubio vltimo,
quia qui peccat extra Eccleſiam cum ſpe immunitatis Eccleſię,
gaudet. c. fin. de immunit. Eccleſ. vt ibi dicit glo. Et ſil. ver.
immunitas. 3. §. 2. Angelus. §. 17. ¶ Si uero in priuilegio
dicitur, quod non gaudeat, qui ſpe eius peccat, tunc ~~peccat~~ pa-
tet, quod non gaudet. &c. ſed quis dicetur ſic peccare? Scito
quod quando indulgentia eſt cauſa peccandi, & non vtcunque
debet eſſe hec cauſa, quia debet eſſe cauſa prouocatiua ad
peccatum, ſic vt ex ipſa indulgentia moueatur ad comitten-
dum id, ad quod non moueretur ſine ea, nam qui peccat ali-
as peccatum peccaturus, dato illam indulgentiam non habe-
ret, tunc poteſt abſolui, quia non peccat ex ſpe indulgentię,
quia non mouetur poſſitiue ex indulgentia ad peccandum. hoc
enim requiritur. Et non obſtat regula: fruſtra legis implo-
rat auxilium, qui peccat in legem, quia hoc intelligitur, quan-
do in ipſa cauetur, quod non gaudeat lege. ¶ Item quia
iſte non peccat in legem immunitatis. &c. Nec obſtat dice-
re, quod indulgentia eſſet cauſa peccati illam habenti, quia
non eſt niſi mala voluntas eius, indulgentia enim bonum
preſtat, ſicut dicimus de muliere pulchra ſe obijciente ſi-
ne mala voluntate oculis iuuenis laſciui, et ſic eſt cauſa
Papa dans huiuſmodi indulgentias.

Beneficium principis late interpretandum
Victoria
Ledeſma
Syluester.
Angelus.
Aduerte.
An ~~cum quis~~ peccat ~~ex confeſſione priuilegij fruatur preuilegio~~.

¶ Et hoc idem dic de peccante ſpe quod vigilia talis feſti prę-
lat⁹ in capitulo concedet tales caſus reſeruatos, ut eſt moris, ni-
ſi prelatus dixiſſet, quod non gaudeat, qui ſpe hujus pecca-
uit. Ledeſma coimbren. 4. q. 29. ar. 1. in fine. V. Anto.
de, cor.

Notandum.
Ledeſma.
Cordoua.

de Cordoba ~~de cor~~. complutensis tractatu de indulgen. dicunt, quod qui peccauit, antequam acciperet bullam vel Jubileum etiã spe eorum, quod potest absolui, quia exceptio intelligitur de peccatis in futurum. i. de his, quę fecerunt post aduentum, et publicationem Jubilei, vel bullæ, & non de factis ante. Sed tu aduerte, quomodo dicatur in Jubileo. si dr̃, quod qui spe eius peccauit de preterito, quod non suffragetur ei, tũc nullo modo gaudet, quia iam constat de voluntate prelati. Si autem dicatur, quod qui postq̃ bullam vel indulgentiam acceperit peccauerit de futuro, tunc credo verum, quod dicunt isti doctores, quia non oportet amarẽ interpretari, quod datum est pro consolatione fidelium.

Cum quis peccat spe bulle, vel priuilegij, quomodo poßit absolui.

Tertium Dubium.

¶ Tertium dubium, An poßumus per nostra priuilegia absoluere excõmunicatos, sine eo quod confiteantur sua peccata? Rº. affirmatiue, sic habet victoria 4. mater. de indulgentia. Dicit enim non eße dubium, nisi quod poteſt absolui ab excõmunicatione, habens bullam cruciatę absq; eo, quod confiteatur sua peccata, quia tunc nulla apparet fraus.

Nauarro.

Tamen Nauarro. c. 26. numero. 31. dicit quod est securius oppositum. Ergo est securum, quod dicimus. Ego audiui à quodam docto, Et pio sacerdote sibi reſpondiße Hispali quendam magistrum in theologia, sic habere vsum, & sic est dicendum, & bulla ostendit modũ quo fructuosius fiat, quãdo dicit, quod confeßor auditis peccatis suis eum absoluat à tali excõmunicatione, Et Tabiena. absolut.º i. § 7. Dicit, quod dato sit prius imponenda satisfactio, quam abſolutio danda, secundum priuilegij verba. At uero non imponit neceßitatem hoc in presenti. Aduerte tñ, quod si priuilegia, vel indulgentia solum dicant, quod fratres poßũt absoluere ad eos recurrentes pro salute animarum suarũ à tali vel tali excõmunicatione, non expreßando auditis eorum peccatis. R. Tunc nulli dubium, nisi quod poterunt extra confeßionem absoluere excõicatos, vt sunt omnes excõicationes, vel cẽsurę iuris nulli reſeruatę.

Poteſt quis absolui ab excõicatione sine hoc quod cõfiteatur peccatum.

Tabiena.

Ab his et

~~Absolutio 3~~

Ab his etiam curati, & fratres poßunt absoluere extra confesſionem, quia nulla forma datur in hoc. Et similiter ab omnibus alijs à iure reseruatis episcopis, & non Papę, et itidē si eßent censurę ab homine, vt patet supra. in pª questᵉ et .3. vide ibi.

¶ Quartum dubium, quidam est excōmunicatus, vel quia percußit clericum, vel quia incidit in aliam excōmunicationem; poterit ne absolui intrando in confraternitatem veræ crucis, vel Rosarij, vel Beatæ Mariæ virginis? Rº quòd non, quia excōmunicatus exclusus est ab omni actu legitimo, & humano. Eſt enim sicut membrum putridum, segregatum à corpore, quòd quandiu sic est, non poteſt participare humores à corpore. Sic excōmunicatus non poteſt fieri nec procurator, nec confrater, & sic nec absolui. ¶ Secundò dico, aliud eße in illo, qui excōmunicatus accipit bullam cruciatę, quia ad recipiendum illam non requiritur participatio, sicut in confraternitate, sed solum accipit bullam. Sic enim in ea dicitur, quòd omnes, qui eam acceperint, poßunt absolui à tali excōmunicatione. &. Et sic videmus fieri in Iubileo.

Quartum dubium.

Excōicatus non potest fieri confrater alicujus cōitatis.

Considera, excōicatꝰ potest accipere bullam, Et Iubileū, vt absoluat?

¶ Quintum dubium, an excōmunicatus nominatim denunciatus siue à Papa, siue ab alio, poſsit absolui à confesſore per preuilegium apostolicum, vel per Iubileum vbi cōceditur poteſtas cuicunq; confeßori absoluendi à peccatis, & censuris sedi apostolicę reseruatis. Ledesma coimbrensis 4. q. 26. arº. 1. dubio vltimo. fol. 353. respondet affirmatiue, nec audiendus, inquit, in hoc collector priuilegiorum fratrum mendicantium. Absolutio quo ad seculares 2º. in 2ª. impreßione in fine. preuileg. 19. ~~et Sugeri~~. dumtamen seruentur ea, quę prescribit preuilegium, vel Iubileus, quia .c. solite. de maior. inquit ~~dicit~~, qui totum dicit, nihil excludit.

Quintum dubium.

Per iubileū vel preuilegium potest quis absolui etiam ab excōicatione nominatim.

¶ Item quia ibi dicitur in preuilegio, quòd poßunt absoluere a censuris fideles omnes, & à peccatis, sed nullus abſolui

ui poteſt sine prævia absolutione ab excomunicatione virtualiter, & generaliter, quia secundum. c. preterea &. c. suspensionis. de officio deleg. cum aliquid cōmittitur expediendum, reliqua omnia, sine quibus illud expediri nequit, videntur cōmiſsa. At uero non eſt impendenda absolutio ubi manifeſta eſset offensa sine prævia satiſfactione, que si offensa fuerit dubia, dari debet competens cautio. c. ex parte. de verbo. sig. et venerabilibus. de sent. excom. in. 6. Et quando penitens offensam fatetur confeſsori, dicitur offensa manifesta coram deo, sicut si confeſsio fieret coram iudice in foro exteriori, vnde tūc neceſsario eſt præmittenda satiſfactio. ℞. Et dato in Jubileo, vel indulgentia non fiat mentio de satisfactione præmittenda, tn̄ sic debet intelligi, & redigi ad ius comune. Arg. c. cauſa. quam. de reſcrip. docet qꝫ. glo. recepta. c. paratus. 23. q. 1. Non. n. intendit Papa suis indulgentijs aliquem lędere. c. super eo. de officio deleg. vnde absolutio impensa per confeſsionem in ea specie, non præmiſsa satiſfactione, vel cautione cum pignoribus, vel fideiusoribus, nulla eſset.

Cum eſt absolutio per bullā vel Jubileum ab excomunicatione premittēda est satisfactio.

Absolutio facta sine cautione vel pignoribus satisfaciendi, eſset nulla.

¶ Vel si dubia eſset offensa, non præmiſsa satisfactione, vt dictum eſt, imo absolutio excomunicationis impensa ex vi Iubilei, vel indulgentię nō prodeſt in foro exteriori, & hoc quovsqꝫ à suo excomunicatore sit absolutus, vel alioqui poteſt absoluere in foro exteriori, qꝛ in isto debet haberi pro excōmunicato, dato sit absolutus in foro interiori. iuxta glo. c. de his. de accusa.

Absolutus in foro cōscientiæ per preuilegium, vel Jubileum ab excōicatione, debet remitti ad iudicem qui excōicauit.

¶ Item quia alias cederet in contemptum iudicis excōmunicantis, ad quem debet remitti absoluendus. c. prudentia. §. sexta. de officio deleg.

¶ Item quia Ecclesiaſticus ordo confunderetur, si vnicuiqꝫ sua iurisdictio non seruaretur. c. peruenit. 11. q. 1. quod nota pro absolutis, per bullam, vel per priuilegia, qui statim admittuntur ad officia diuina publicé. Peſsime

Aduerte.

.n. fit

enim fit, quoniam ab omnibus debet vitari in foro exteriori, alias fieret iniuria iudici. Quod intellige seruata indulgentia concilij constantiensis circa vitandos excomunicatos. Et addit, quod confeſsori aſserenti quod absoluit prefatum excomunicatum, non est credendũ in foro exteriori, quia obstat regula iuris de remittẽdo excomunicatum ad suum excomunicatorem, vt dictum eſt, vide felinum. c. i. de excep. hec ille. Ex his scies, quod excomunicatus, nominatim denunciatus poteſt absolui in foro conscientię per nostra priuilegia, si alias poterat absolui anteq̃ denunciaret. dum tamen parti satiſfaciat, vt dixi, & in foro conscientiæ tantum. felin⁹. Nota.

¶ Sextum dubium. An per bullam de cęna domini reuocentur nostra preuilegia, quę concedunt absolui, & poſse absoluere à casibus in dicta bulla contentis? R⁰. quòd de hac materia absolutio. i. concesſione. i.ª no. 6. dixi, quòd licet sit verum, quòd per dictum proceſsũ de cęna dñi tollantur nostra preuilegia, & alia quęcunq̃, quibus poſset fieri absolutio à casibus ibi reseruatis. At uero quia ille proceſsus non est nobis authenticę intimat⁹ nec publicatus cum illa solennitate, quę requiritur ad tollenda preuilegia nostra, quę poſsidemus cum sigillo, & robore authentico. Ideo quovsq̃ sit nobis publicatus, manent nostra preuilegia firma, Requiritur enim, quòd publicetur dicta bulla in episcopatu, vbi residemus, vt dicit Soto, de Justicia & iure. li. 1. q. 1. ar. 3. & in collegio. S. gregorij disputatum est, & panor. c. cognoscentes de constit. numero. 7. Et ad argᵗᵃ, et ad doctores, qui poſsunt adduci in contrarium. R⁰. quòd loquũtur vel in foro exteriori, vel quando Papa exprimit, quòd statim vult ligare, vel quando authenticè intimatur processus de cęna domini.

Sextum dubium. Ad hoc, per bullam cęnę derogetur preuilegijs, necesſariũ est, bulla authẽtice nobis publicetur. Soto. Panor.

Obiectio.

¶ Opponent forte aliqui, quòd iam aliás nullus effect⁹ eſſet proceſſus sic solemnis, qui fit à Papa & cardinalibus in die cenæ domini, in quo Papa tollit omnia preuilegia in contrarium.

Caietan⁹.

Respondet Caietan⁹ 1.2. q. 90. ar. 4. in fine, & citatur supra, quòd si Romæ noua lex promulgatur, & nec curia ipsa procurat, vt promulgatio ad Ecclesias cathedrales perueniat, nec prelati, qui ibi sunt, insinuant suis Ecclesijs; accuſari nec apud deum, nec apud homines ignorantiæ poſſunt absentes nescij, & sic concedo quòd nullius effectus eſſet proceſſus quantumcunq; solennis, + ~~si non veniret inde aliquem episto- patum. Et~~ si eſſet aliqua ecclesia vbi non promulgaretur, ibi non ligaret, vt dicit Caietan⁹. Et quia in has partes non promulgatur, attribuitur prouidentiæ diuinæ, ne manerent homines sine remedio. Ergo. et sic semper permanent nostra preuilegia in suo robore, ~~et q; iuste et pie~~ quidẽ iuste, et pie.

+ extra curiã, si nõ promulgaretur in alijs diocesib⁹, et ecclijs. Vnde si

Obiectio.

¶ Et si opponas, quomodo anno 1570. adductus fuit proceſſus de cena domini authenticus in istis partibus indiarum, quo derogabatur quibuscumq; priuilegijs in contrarium facientibus?

Solutio.

Rº. quòd ibi dicebat Pius 5. quòd non erat sua intentio ligandi illo proceſſu nisi quousq; alius fieret, qui tamen est de iure quolibet anno fieri. Ergo. Et sic quousq; iterum veniat ille alius proceſſus, manent firma nostra priuilegia, quibus modo poſſumus absoluere à casibus de cena domini, vt ibi dicitur, quod notabis. Item quia iste proceſſus nunquam fuit notificatus, nec per consequens promulgatus, & sic ~~si~~ non ligauit. in comum.

Additio.
Paul⁹ terti⁹.

¶ Additio ex compendio societatis ~~[illegible]~~ Paul⁹ tertius conceſſit, vt omnes confeſſores societatis poſſint absoluere

absoluere omnes vndecunq; venientes à quibus cunq; peccatis Papę reseruatis, & censuris, preterq; ab illis quę in bulla cenę continentur.

¶ Per Iulium tertium concessum est generali, & alijs abeo deputatis, vt ab omni heresi possint absoluere in foro conscientię tantum, & quòd hec facultas non reuocatur per bullam cenę, Et ~~post~~ pot esse absolutio à relapsu heresis, dummodo non sit publicum: ~~hec absolutio quo ad fratres~~, Vt in compendio in verbo, confessio ordinaria quo ad fratres. §. Ille, qui ex societate inciderit in heresim solum à generali absoluitur. Nullus de societate potest absolui à reseruatis pręlato per bullam cruciatę, vel Iubilei, etiam si in bulla exprimatur, quod possint. grego. 13.

Absoluere ab omni hæresi.

¶ In compendio indico societatis concessum est à Pau. 3. & Iulio. 3. & greg. 13. vt omnes de societate, quibus ~~est~~ est cōmissum in omnibus partibus indiarum possint absoluere ab omnibus casibus, & censuris contentis in bulla cęnæ domini.

¶ Iulius tertius & Pius Quintus & Gregorius. 13. quòd cōfessores societatis ~~societatis~~ possint absoluere à peccato heresis in foro conscientiæ.

Iulius. 3. Pius. 5. Gregor. 13.

¶ Pius quintus concessit, quod prouinciales possint cōmittere confessoribus approbatis authoritatem dispensandi cum his, qui ante matrimonium vouerūt castitatem, vt possint petere debitum, & hoc in foro conscientię tantū. Idem concessit omnibus prouincialibus in partibus indiarū, vt eligant in quolibet conuentu duos fratres doctos, qui habeant authoritatem absoluendi in casibus in bulla cenę domini contentis.

Pius quint9.

Altare.

~~Altare ex compendio societatis indico.~~

Altare ex cōpen. societatis indico. Gregori9 decim9 tertį9

¶ Greg. 13. concessit, vt in indijs in singulis domibus signentur per prępositum singula altaria preuilegiata pro illis, qui de societate. Hec concessio durat vsq; ad ~~anum~~ ~~1593~~

Absolutio. 3.

~~1593.~~ 11. diem Augusti, anni. 1593.

Apostata

¶ Ex comuni compendio societatis. Nullus de societate potest transire ad alium ordinem nisi cartusiensium. Pau. 3.
¶ Quod de societate possunt licentiare transire ad alium ordinem. Pius quartus, et Pius quintus.
¶ Ex compendio indico. Greg. 13. nullus de societate professus, siue secularis transire potest ad alium ordinem etiam cartusiensium sine licentia in scriptis Papę vel generalis sub pęna apostasiæ, et infamię, et excoica tionis latæ sententiæ. Et eędem pœnę contra recipientes, vel retinentes. Et prępositus potest contra tales procedere appellatione post posita.

Appellare.

¶ Gregorius ~~decimus Tertius~~ 13. anno 1575. religiosis pręcepit sub sententia excomunicationis ipso facto, et priuationis officij, et vocis actiuæ, et passiuę, q̄ nullus religiosus appellet à prelatis ad tribunalia laycorum, sed solum liceat ad generalem, vel ordinis protectorem, vel Papam. Item dicit, quòd fautores, et consultores in easdem incurrant penas. Item sub eisdem pęnis prohibet, ne quis prouincialis, vel guardianus resistat visitatoribus, vel comissarijs ab eis missis.
¶ Item ibidem, quòd nullus prouincialis, vel inferior mutet sine licentia generalis, ab eisdem comissarijs ordinata sub pœnis supra dictis.
¶ Julius terti⁹ societati concessit, quòd nullus à correptione regulę societatis appellet etiam ad summū Pontificem, nisi de expressa eius licentia, et hoc iudice, vt habetur in c.° cum speciali. extra. de officio. ordinari. Et idem concessit multo ante generali pręedicatorum Fratri Vincentio Vandelio.

Julij. 2.
~~Julij 2~~. Papæ habet. breue in constitutionib⁹ fratrū prędicatorū de nouo Romæ impressis. Dis. 2. cap. 78.

Baptizare.

An religiosi in partibus indiarum poſsit baptizare.

~~Baptizare~~.

Eſt notandum, quod dato sit peccatum mortale baptizare extra neceſsitatem alienum parrochianum vt dicit Soto in 4. dist. 4. questi. vnica. articul. 3. con. 3. ~~concluſione secunda~~. propter iniuriam, quia sacramēta a suis presbiteris parrochialibus sunt recipienda. 16. q. 1.ª interdicimus. vide Syluest. baptismus 3. in principio. At uero nulla incurritur excōmunicatio, vel irregularitas, si oppositum fiat à fratibus mendicantibus, q2 nullibi talis pena reperitur nisi in miniſtrando Euchariſtiam, vel matrimonium vel extremam vnctionem, vt patet clementina. religiosi. de priuileg.

Soto

Syluest.

Secundo eſt notandum quòd per concilium Triden. nulli priuilegio nostro derogatur, quo ad hanc materiam, vt patet per omnia eius decreta.

Quo ad baptizare per nullū decretum concilij Tridentini fratib9 eſt prohibitum.

Prima conclusio, Fratres mendicantes indiarum poſsunt omnia sacramenta infidelibus, & nouiter conuersis administrare. Hoc conceſsit motu proprio Paulus Quartus fratribus de Mexico, & prouintię s. Vicentij de chiappa, del Peru, del nueuo reyno. &c. Et hoc in pręmium laborum suorum, & vt fides prędicatione Euangelij, sacramentaq3 adminiſtrantium numero magis indies crescat. Conceſsum fuit anno. 1551. Et hoc idem conceſserat leo Decim9 duobus fratribus ordinis minorum venientibus ad has terras anno. 1521. vt late nos in expositione priuilegij leonis Decimi, & poſtea Paul. 3. anno. 1543. cōmunicauit fratibus predicatoribus prouintię de Mexico. Et aduerte, quòd causa, quę mouit Paulum quartum, ad concedendum dictum priuilegium fuit vt fides xpi, quę ceperat in his terris, per prędicationem nostram & sacramētorum adminiſtrationem cresceret magis, ipsis fratib9 prędicantibus sacramentaq3 adminiſtrantibus infidelib9

Paul9 4. conceſsit fratib9 Indijs vt poſsint baptizare, idem prius leo 10. Et Paul. 3.

Causa cōceſsionis. Notanda.

& nouiter conuersis. Hęc autem causa, et ratio modo etiam militat in illis, qui per fratres baptizati, & in illis, qui ex his descendunt nepotibus, vel pronepotibus ※. Dato paruuli baptizati sunt, certe huiusmodi fidei dilatatio rebus vt nunc, fieri nequit, nisi fratres dicti predicent, sacramentaq; ad ministrent, & nouiter conuersis, et ab eis descendentibus, quia licet in particulari nouiter conuersi dicantur, qui adulti sunt baptizati, nihilominus in generali considerantibus hanc hujus noui orbis ecclesiam in deo adunatam, omnes, et singuli apparebunt nouiter conuersi, et quod possimus sic facere probatur, quia idem Paul. 4.us concessit nobis nostra priuilegia de nouo iuxta faborabiliorem illorum interpretationem, ergo debemus interpretari per nouiter conuersos etiam paruulos baptizatos, cum nomen hoc ferat hãc interpretationem, alias stricte interpretaremur. ※ ¶ Sed dices, in quibus locis, Ecclesijsq; baptizare possunt isti fratres? Et qui indi debent esse isti, sue doctrinæ, vel alterius parrochiæ?

¶ Secunda conclusio, fratres solum debent baptizare in ~~suis~~ Ecclesijs monasteriorum sui ordinis, + ~~et in ciuitatibus, seu oppidis hispanorum existentibus, nam~~ indecens esset, quod sacramentum, quod tantas ceremonias, et solẽnitates publicas petit, administraretur in aliena parrochia sine voluntate proprij parrochi, quia confunderetur Ecclesiasticus ordo. 11. q. 1. peruenit. Quod si Papa particulariter non exprimit in concessione, nullo modo debet intelligi, vel deduci ex concessione generali, vt est ista Paul. 4. pro quo vide sup.a absolutio. p.o dubio. 2. argum. c. abbates. de priuileg. 6.

[Margin: + in quibus habitant, ~~seu quos hãt de visita, vt dicunt. Nã~~, etiã in ciuitatibus seu oppidis hispanorum, vt fit Mexici, et in locis, quos habẽt de visita, vt vocat. Nã]

¶ Et de Indijs populorum nostrorum non est dubium, quia alias nunq; sortiretur suum effectum dicta concessio

ceſsio. Paul. 4. item quia sic conceſsit modo de nouo
Pius .5. anno .1567. 24. Martij quo vtuntur omnes
prouinciæ Indiarum, vt sts in monaſterijs ordinum
vel extra illa in locis ipsarum partium possunt baptiza-
re.

+ ipsis deputatis,

¶ De Indijs aliorum populorum p̄uta clericorum vel
alterius ordinis, idem dico, quod scts poſsunt bapti-
zari per fratres in locis supradictis quia sic fuit à
principio in his prouincijs, vt ego vidi. Et poſtea
anno supradicto. 1567. Pius. 5. vbi ~~sup~~ conceſsit fra-
tribus mendicantibus indiarum, vt in locis vbi sup
poſsint de licentia suorum prelatorum in capitulo pro-
uinciali obtenta administrare indis oia sacramenta,
pro vt hactenus consueuerunt, quia Pius. 5. dicit in
locis signatis, et signandis. Videtur securius, quod
solum in locis signatis poſsit religiosus baptizare se-
clusa neceſsitate.

+ sup.

Pius quint°

¶ De filijs indarum, et hispanorum, qui vocantur
Mestizos, an poſsunt virtute hujus breuis Paul. 4.
per nos baptizari Ego teneo, quod poſsunt, quia in mate-
ria larga sub simplici veniunt mixta, vt tenet Pa-
nor. c. fi. de Simo. Silueſt. verbo dispensatio §. 3. vt si
datur alicuj poteſtas dispensandi cum adulterino, et
inceſtuoso separatim, poterit dispensare cum eo qui si-
mul est vtrumqz, quia dato ex rigore Juris sub sim-
plicibus mixta non contineantur, secus ex benignitate,
sic ergo cum hoc priuilegium Pauli. 4. sit beneficiu
principis in remunerationem laborum fratrum, et in fa-
uorem fidei ampliandæ interpretatio latiſsima est
facienda. 2°. Confirmatur, quia Paulus 4°. conceſ-
sit nobis de nouo noſtra priuilegia conceſsa, et conce-
denda iuxta fauorabiliorem illorum interpretatio-
nem.

Paul°

Panor.

~~hijo de Español y India se puede baptizar en los monesterios~~

In materia larga sub simplici intelligi~~tur~~guntur mixta.

Paul°. 4°.

¶ Paulus 4°, vt fidem fecit cardinalis Alexan-
drin°

drinus, qui post fuit electus Papa Pius quint9 pro re-
ligiosis in noua hispania, et Peru ad exaltationem
diuini cultus proprio motu, & viuæ vocis oraculo confir-
mauit omnia priuilegia data à suis prędeceſsoribus,
pro indorum conuersione, prętertim quòd poſsent fra-
tres mendicantes omnia sacramenta infidelibus & no-
uiter conuersis adminiſtrare & denouo roborauit a-
postolica authoritate non obstantibus quibuſcumq3

Leo Decim9
Adri. sext9
Paul9 terti9

in contrarium. Ex quo patet, priuilegia leonis .10.
& Adriani .6. & Pauli .3. quę fuerunt data in
fauorem fidei, & indorum, fuiſse confirmata, et ro-
borata peculiariter. Hoc fuit conceſsum Die .7.
Junij. anno .1557.

Ter.ª conclo.

Poſset religiosus ex cōmiſsione sui prelati per bullā Adriani .6. baptizare filios hispanorum seclusa neceſsitate.

¶ Tertia conclusio. Nunquàm vidi priuilegiū,
quo poſsimus baptizare filios hispanorum, vel ethi-
opum, nihilominus tamen per breue Adria .6. pro-
uincialis, vel frater cui poteſtatem illius breuis cō-
miſsiſset, bene poſsunt filios hispanorum & aliorū
baptizare citra neceſsitatem cum limitationibus tn̄
suprapositis. Absolut.º 3. coñ. 6. vide ibi. Per syno-
dales autem concilij prouincialis de Mexico .c. 62.
datur licentia per hec verba (concedemos, que
qualquier sacerdote yendo de camino /o pasãdo
por algun lugar pueda baptizar los niños, y cō-
feſsar teniendo nr̃a licentia para oyr confeſsiones)
ex qua licentia patet, quòd si frater transit per a-

Aduerte.

liquem populum indorum, et non est ibi parrochus
quòd poterit baptizare paruulos, & indorū filios, et

Vide infra verbo capª. prouincialia. nota .3.

hispanorum sine licentia alia, quia hac licentiam
conceſsere et Episcopus de guaxaca, et quatemala
et omnes alij, qui in illo concilio interfuere, ~~dixi~~. Dixi

Hec ſatis probabiliter sunt dicta.

quòd poterit baptizare filios hispanorum, quia li-
centia nullum excipit, & ratio quare cōceſsa fuit

militat

militat in filijs hispanorum sꝫ propter periculum decedendi si
ne baptismo propter eorum teneram ętatem, Et à fortio
ri poterit baptizare frater ibi existens, quia licentia non
datur, quia frater transijt per illa loca, sed propter paruu
los, et ~~propter~~ ad obiandum periculis tenellę ętatis.

¶ Quarta conclusio. fratres supradicti poterunt vti oleo sancto, et chrismate antiquis vsqꝫ ad tres annos, quia in his partibus (inquit leo decimus) sine difficultate magna nouum oleum, et balsamum haberi non possunt. modo a Gregorio.13. concessum est vsqꝫ ad 4^{or}. ~~annum~~. ãnos.

Quarta concl^o.

¶ Scire oportet quod oleum sanctum triplicitér est. s. chrisma, Oleum cathecuminorum, et oleum infirmorꝫ Primum annuatim consecrandum est in die cęnę. de consecratione. d.4. Si quis de alio. Et melius. d.3. c. litis. Et non alio tempore. Et primum, quia quolibet die cęnę dñi mandatur consecrari nouum, et vetus conburi. c. litis. vbi supra. sed non nisi postqꝫ nouum receperimus, quia c. si quis de alio. de consecra. d.4. dicitur quod preocupante morte potest sacerdos veteri chrismate baptizare, et Nauarro. c. 25. num. 75. dicit esse peccatum mortale nisi in mortis articulo, chrismate veteri baptizare. et. glo. c. quoniam de sent. excom. 6. verbo. dubium. Ergo non debet comburi, quovsqꝫ veniat nouum chrisma. Ex hoc infertur, quod citra mortis articulum possunt omnes vti chrismate ve^{te}ri in baptismo paruulorũ, si nondum venit nouum. Probatur quia paruuli semper sunt in periculo mortis propter eorum tenellam ętatem, et ideo mandatur, quod omni tempore anni possunt baptizari, quod antiquitus non licebat nisi in articulo mortis. ~~ss~~. vt patet in Ambrosio, Augustino. Et a fortiori potest infirmus inungi oleo veteri, cum per hoc conferatur sacramentum faciens de ~~atr~~ atrito contritum aliquando.

Chrisma antiquum nõ debet comburi, quovsqꝫ nouũ veniat, quia in necessitate potest vsus veteris esse. Nauarro.

Multo considerandũ, et probabiliter tenẽdũ: ~~de~~ paruuli possũt baptizari cũ antiquo chrismate, si non est nouũ. ~~quia sub incontinua necessitate propter ętatem~~

¶ Sed quid dicendum venit ad concessionem leonis 10. Rº. quod loquitur cum adultis etiam. quod sꝫ intra terminum

Consideranda. intelligenda.

terminum trium annorum vbi non inuenitur oleum nouum, quod tunc etiam citra neceſsitatem poſsunt fratres dicti vti antiquo oleo. ℞. et modo per greg. 13. vſq; ad 4.m annum, vt dictum est.

¶ Est etiam notandum, quod Paul. 3. anno. 1535. concessit quod ministri etiam seculares in his partibus ~~extremam necessitatem baptizantes indos. Haec 4. seruentur~~ ¶ Aqua sacris actionibus sanctificetur, cathecismus et exorciſmus fiat in singulis, sal, saliua, candela, et capilum, detur duobus, vel tribus vtriusq; sexus, tuc baptizandis ~~pro~~ omnibus chriſma ponatur in vertice capitis, et oleum cathecuminorum ponatur super cor viri adulti, puerorum, ac puellarum.

+ extra neceſsitatē extremā baptizātes indos, hæc 4. seruet. f.

¶ Additio ex compendio indico societatis. Pius 5. concesſit fratribus de societate in partibus indiarum anno 1569. ad decennium, quod poſsit in aliud decennium greg. 13. + quod poſsint baptizare extra Ecclesias, et sine consuetis ceremonijs, cum ministri Judicauerint id ad maius dei obsequium propter miniſtrorum paucitatem.

+ diſtulit

Benedicere.

¶ Queritur, que poſsunt fratres mendicantes benedicere?

¶ Rᵒ. quod sacerdotes poſsunt benedicere ornamenta. ſcilicet, amictum, cingulum, manipulum, stolam, Albam, casulam, Et hec pro vsu proprio. Hoc concesſit Sixtus quartus fratribus minoribus. Quod et si restingerit capitulum generale fratum minorum ad solos guardianos, fratres autem predicatores sacerdotes non propterea prohibentur hec benedicere et consequenter Augustinienses, quia non poteſt dictum capitulum generale fratum minorum restingere

Aduerte.

~~Sacerdotes poſsūt in ordine benedicere ornamenta nō obstāte restrictione minorum.~~

re nostra preuilegia, ~~quoniam~~ licet illa, que eis conceduntur, statim nostra fiunt, ac si nobis concederentur, ut dixi supra absolu. p. in 2°. no. Quia hoc intelligitur in fauorabilibus.

¶ Priores conuentuales, guardiani, prouinciales, generales fratrum mendicantium possunt benedicere ecclesias, cimeteria, oratoria per capitula recepta, et recipienda, ac paramenta, et ornamenta, ac alia quecumque ad cultum diuinum ~~et usum sunt~~ necessaria, in quibus chrisma non interuenit, pro usu eorum tantum, solemni benedictione ~~benedicere valeant~~. Hoc concessit leo. 10. et Paul. 4. ~~nobis~~ denouo confirmauit, et concessit. Ex qua concessione possunt priores benedicere corporalia, quia conceduntur spetialia scilicet, ecclesias, oratoria benedicere, et postea addit, ac omnia alia ad cultum diuinum necessaria cum exceptione scilicet, eorum que petunt chrisma.

Priores et guardiani possunt benedicere corporalia.

¶ Julius secundus concessit vicarijs generalis vel prouincialis, ut corporalia et alia ornamenta suorum locorum, ac domorum, et calices benedicare valeant. Vide in compendio priuilegiorum. concessione. 11.

¶ A Pio quinto. anno. 1571. datum est ordini predicatorum in noua Hispania, ut omnes priores conuentuum possint benedicere candelas, in honorem virginis, et qui eas accensas in mortis articulo tenuerint, et corde, si voce non potuerint, se eidem gloriose matri comendauerint, si mori contingat, plenariam indulgentiam omnium peccatorum consequantur. Et iste candele sunt, sicut alie quas Adria. 6. Victorie concesserat. Et comunicatione habent alij ordines.

Benedictio candelarum pro hora mortis.

¶ Ex priuilegio. Adria. 6. possunt prouinciales Indiarum ordinum mendicantium, et fratres eorum habentes authoritatem omnimodam, dicti priuilegij, benedicere omnia supradicta etiam pro usu alieno, si distent

ab epis

ab epiſcopis, vel eorum officialibus per duas dietas, cau-
ſa iuſta interueniente pro bono indorum, puta, quia de-
ferenda ſunt ornamenta apud Epiſcopum distantem.
20. leucis.

Omnia ornamẽta bene dicere tam pro vsu proprio, quàm alieno.

¶ Patribus societatis est datum, vt prepositi poſsint
omnia benedicere, in quibus non interuenit chriſma,
et hoc sine limitatione tam pro vsu proprio, quàm alieno.
¶ Et vltra hec poſsunt prouinciales extra dictas du-
as dietas, et intra, supradicta omnia facere, et benedi-
cere pro vſu proprio, vel alieno in caſu neceſsitatis epiſco-
pis in prouincia non exiſtentibus, imo benedicere cali-
ces, et sacramentum confirmationis fidelibus miniſ-
trare. Hoc enim conceſsit leo. 10. fratibus Joãni glapi-
oni, & franciſco de angelis ordinis minorum anno. 1521.
venientibus ad has Indias. Et poſtea Adrian. 6. anno.
1522. conceſsit de nouo hoc priuilegium prouincialibꝰ,
& quod poſsunt comunicare suis fratibus authorita-
tem ſuam. SS. Et aduerte quod potestas, que datur
per hoc priuilegium leo. 10. non habet tantas limita-
tiones, sicut priuilegium Adria. 6. solum enim petit,
quod epiſcopi non ſint in prouincia, ad hoc vt supradic-
ta poſsint benedicere, & sic sede vacante dicitur, quod
epiſcopi non ſunt in prouincia. Et nota, quod hec supra-
dicta omnia poſsunt facere fraties, & benedicere si
eis prouinciales comunicent is, dicendo, authoritate
apostolica cõmitto tibi authoritatem breuis Adri.
6. omnimodam super has, et has personas, sicut tibi
conceditur, nec non cõmunico tibi breue leonis. 10. et
alia priuilegia fratibus indiarum conceſsa, & concede-
da.

In ſede vacãte prouinciales indiarũ p cõſecrare ſolẽniter altaria. ſ. aras, quod et ego feci.

Bellum.

fratibꝰ societatis Conceſsum.

¶ Ex compendio indico. ex grego. 13. quod sine peri-
culo irregularitatis patres societatis per varia in-
diaru

diarum loca poſsunt milites lusitanos exhortari in bello cum infidelibus ad fortiter dimicandum, dummodo patres ipsi non ferant arma.

Bulla, vide, Cruciata.

Bulla cœnæ.

¶ Ex compendio in comuni societatis. Pius Quartus viuę vocis oraculo concessit fratribus societatis, quòd facultas concessa prępposito generali absoluendi ab heresi, et alijs contra fidem, non reuocatur per bullam cęnę domini, et Pius quintus postea concessit societati, nec per clausulas generales, aut rescriptum generale. Et post viuę vocis oraculo idem greg. 13. declarauit, maxime illa quę ad heresim absoluendam expectant. Vide hac materiā. Absolutio. 3. ibi. Sextum Dubiū. — Notanda conceßio.

Canonica portio.

¶ Est duplex, vna, quę debetur episcopo ab omnibus Ecclesijs sui episcopatus de omnibus relictis eisdem fratribus .10. q. 1. de his, quę parrochijs in terris, vineis, mancipijs, atq; peculijs, quicunq; fideles obtulerint antiquorum canonum statuta seruentur, ut in episcoporum poteſtate consistant. De his tamen, quę altario acceſserint, fideliter episcopis deferatur tertia pars oblationum .c. officij, et, c. requisiti. de testam. et Panor. c. relatum. de sepul. dicit, quòd canonica portio debetur episcopo de illa canonica portione, quę acquiritur Ecclesię parrochiali de relictis factis in loco sepulturę. ꝫs. sed in hoc adducenda est consuetudo illius terrę. secundum glo. d. c. officij, verbo. legitimam. — Panor.

¶ Altera est, quę debetur Ecclesijs parrochialibus, quę Ecclesia est non vbi quis decedit secundum Panor, sed vbi viuens sacramenta recipiebat. Et hæc est. 4.ª pars de omnibus relictis Ecclesię, vbi sepelitur cujuscunq; qualitatis sint, et de hac quarta loquitur clement. dudum. de sepul. quando mandat fratribus, vt illam fideliter soluant Ecclesijs parrochialibus defuncti. Postea fratres

habuere

Canonica portio.

habuere quam plura priuilegia Apostolica; ad illam nō soluendam, vt ~~videbis~~ habes verbo. canonica portio. in compēdio priuilegiorum; ~~deinde~~ in con~~cilio~~ Tridenti~~no~~, sessione. 25. c. 13. alterata fuerunt hec priuilegia, vt ibi videbis. Tandem Pius Quītus anno. 1568. in motu proprio declarauit concilium loqui tantum de monasterijs ante annos 40. fundatis, que ipsam quartam soluere consueuere. Et sic licet fundata fuissent monasteria ab annis. 40. si non soluebant. 4.ᵃᵐ modo non tenentur soluere. Et etiā concedit, quod monasteria que fuere a. 40. annis ~~fu-~~ citra fundata, ~~data citra~~ non soluant ~~4.~~ dictam 4.ᵃᵐ et hec sunt omnia monasteria hujus noue hispanie fere. 35. Et cum controuersia fuisset inter fratres, et episcopum de Quatemala, data fuit sententia executorialis per Rᵐᵘᵐ Archiepiscopum Mexicanum in fauorem fratrū, vt nō soluerent ~~4~~ dictam 4.ᵃᵐ Et ratio que mouere potuit Pium Quintum ad concedendum, quod monastoria, que fuere à quadraginta annis citra (i. de quarenta annos aca) fundata non soluerent dictam 4ᵃᵐ siue soluerit illam, siue non, fuit, quia non prescribitur consuetudine contra ecclesiam, nisi per annos. 40. etiam contra Ecclesiam particularem, vt tenet Panor. c. fin. de consuetud. numero. 11. Et monasteria fundata ante. 40. annos que soluebant 4.ᵃᵐ tenentur modo soluere, quia non eximuntur, nisi non haberent consuetudinem soluendi. Tunc enim iam est prescriptum, nec vult tollere Pius Quintᵘˢ ius prescriptum. Et dicit, quod nō teneantur soluere tunc de omnibus relictis fratribus sed tantum de his, que cum corpore defuncti contigerit deferri, non autem de missis, vel alijs, vel alias quomodolibet fuerint donata; De quo quidem est maxima contentio inter clericos, et fratres, vt est videre in Clement. dudum. de sepul. de quibus et quomodo hec 4ᵃ erat soluanda (Notandum esse coruptelam et tiranni-

dem

[Margin notes:]

+5 . Deinde

Nota q non est debita 4ᵃ. in Indijs à monasterijs.

Panor.

~~Porque todos los monasterios en las Indias quasi son de 40. anos aca por eso no deben la 4ᵃ.~~

~~Donde se debe. 4.ᵃˢ de las missas no se a de dar.~~

porque

dem, deferre iura duplicia à curatis, quando deferunt corpus defuncti in monasterium, quia est contra iura concedentia liberam sepulturam apud fratres, puniunt enim curati, sepelire se mandantes apud nos.

Es tirania lleuar los derechos doblados delos que entos monasterios se entierran.

¶ Queres: In quam penam incurrant prelati, vel curati cogentes fratres, vel testamentarios, vel heredes defuncti ad soluendam quartam? Sixtus quartus anno .1474. tulit penam interdicti ingressus Ecclesie in locorum ordinarios, et in alios sententiam excomunicationis ipso facto, si directe, vel indirecte ob solutionem alicuius 4.^e parrochialis, vel canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, dum apud fratres fideles tumulantur, cogerint quoquomodo fratres, vel testamentarios, vel defuncti heredes. Vide in mari magno ~~nostro~~ + fol. 241. concessione. 587. Et per hec Rº ad glos. clement. dudum de sepult. Et ad sant. Anto. 3. p. titu. 10. c. 5. numero. 15. dicentes posse curatos compellere supradictos ad soluendam quartam, ~~locutum~~ ++ secundum ius comune. Ex his patet, quod sunt omnes excepti à supradictorum solutione, quod notabis— .

Que los que piden la quarta sent. de descomunion ipso facto.

+ augustini e siu.

S. Anto.

++ loquuntur. n.

Capitula prouincialia.

¶ Queritur de potestate capitulorum prouincialium fratrum mendicatiu Indiaru.

¶ Rº. Per primam conclusionem, quod potest diffinitorium capituli prouincialis confirmare, vel cassare fratrem electum in prouincialem, et ad acceptandum dictu officium censuris ecclesiasticis compellere, et si cotingat diffinitorium in partes equales diuidi, tunc ab eodem diffinitorio vnus religiosus eligatur de dicta prouincia, et ea pars diffinitorij cui talis + electus adheserit, prouincialem casset, vel confirmet, prout videbitur expedire. Hec concessit clemens 7. + anno 1532. Nota, quod ~~hoc~~ nomine diffinitorij in hoc priuilegio venit Vicarius generalis, qui

concl.º prima.

+ anno

Hec no deserbit pro heremitis sacti

Augustini in noua hiſpania, quouſq; prouincia ſit ſine recurſu ad hiſpaniam.

lis, qui ibi preeſt & quatuor diffinitores, quia ſine capite non poteſt eſſe diffinitorium; Et ad argumentum: quomodo ſe poterit tunc diffinitorium in partes equales diuidi? R. quòd quando vicarius qui ibi preeſt, eligitur in prouincialem. Notandum eſt etiam, quòd licet iste frater, qui debet eligi, quando diffinitorium ſe in partes aequales diuidit, appareat prima facie, quòd debet eſſe filius prouinciae, quia alius non dicitur de iſta prouincia, sed hispaniae, vel bethicę. At vero non intelligo niſi de fratre aſſignato in hac prouincia, dato non ſit filius eius, nam quando constitutiones predicatorum volunt facere hanc distinctionem exprimunt, vt de diffinitore capituli generalis, et ſocio eius, dis. 2. c. 5. numero 4. in consti. ~~pred.~~ praedicatorum.

Haec pro ordine praedicatorum dicuntur. Alij ordines habent sua peculiaria instituta circa hoc.

Secunda conclo.

¶ Secunda conclusio. Alia multa conceſſit cardinalis à latere in Hiſpania anno. 1553. authoritate apostolica Julij. 3. Joannes Poggius nomine, conceſſit enim capitulis, et congregationibus fratrum praedicatorum, et fratrum minorum et fratrum August. prouinciae nouae hiſpaniae, vt in quolibet capitulo ex dictis ordinibus, tres vel quatuor dictorum ordinum profeſſores idoneos in confeſſores penitentiarios nuncupandos, qui omnes et ſingulos vtriuſq; ſexus ad eos accedentes ab omnibus peccatis à quibus locorum ordinarij abſoluere poſſunt, et ſuper caſibus eiſdem ordinarijs reſeruatis diſpenſare, ac vota, quę ipſi ordinarij poſſunt comutare, poſſunt ipſi comutare libere, et licite conceſſit hoc perpetuo, et authoritate apoſtolica ad perpetuam rei memoriam ¶ Nota, quòd quando capitula prouincialia hos faciunt, aduertatur, vt prouincialis + ~~authoritate clementis 7. comittat dictis confeſſoribus penitentiarijs poteſtatem, ibi etiam conceſſam~~, Et sic habebunt ampliorem poteſtatem illa, quam concedit cardinalis ſupradictus. Poteſt enim hoc facere prouincialis, vt dixi ſupra. abſolutio. 3. in concluſione. 5. vide ibi —.

Poſſunt eligi penitentiarij, qui omnia illa poſſint in confeſſione, que ordinarius poteſt —.

+ dictis confeſſoribus concedat omnimodam auctoritatem Adri. 6. et auctoritatem Cle. 7. et aliorum ſummorum pontificum, qui conceſſerunt indulta pro his partibus.

Aduertendum.

3.a conclo.

¶ Tertia conclusio, Pius Quintus anno. 1567. 23. Martij

ad

~~capitula~~ prouincialia.

ad instantiam philipi secundi concessit capitulis prouincialibus indiarum quorumcumque ordinum etiam non mendicantium, concessit vt possint dare licentiam suis fratribus vt in monasterijs sui ordinis vel extra comorantibus in locis assignatis, et assignandis officium parrochi, sacramenta ministrando, prout hactenus consueuere, ordinariorum licentia minime requisita, et quod ibi, vbi dicti religiosi curam animarum exercent, nihil innouent episcopi authoritate apostolica statuit.

Ministrare sacramenta sine licentia episcopi.

Et quod epi nihil innouet.

¶ Nota 1º. quod personę, quibus conceditur supradicta potestas exercendi officium parrochi sunt religiosi cuiuscunque ordinis, licet in petitione regis solum petitum fuerit pro fratribus mendicantibus. Quare religiosi non habentes prouincialem, et capitulum prouinciale in his terris non possunt gaudere dicta potestate quia debet concedi et haberi in capitulis prouincialibus á suis prelatis.

1ma nota.

Aduerte.

¶ Nota 2º. quod sub hac potestate, officium parrochi exercendi, includitur predicare, vt ibi dicitur, et glo. clement. dudum de sepul. §. verum. pertinet enim de iure curatis. Includitur etiam sepelire indos, et associare eorum corpora cum cruce alta etiam transeundo per terminos parrochię clericorum, quia alij curati possunt, ergo. Qui exercent officium parrochi, etiam includitur habere scholas puerorum c. vt quisque. de vita. ʃʃ. debet tamen iste curatus quicunque sit habere scientiam linguarum suarum omnium quod mandatur in concilio Tridentino sessione 7 c. inferiora. quod resideat, et quod sit habilis, ac qui per se ipsum curam animarum exercere possit, alias quod prouisio, vel collatio irritetur; Si autem non habet scientiam linguarum non potest per se officium parrochi exercere: puta predicare, sacramenta dare. ʃʃ. vide c. quia nonnulli. de cleric. non residen. et c. licet. de elect. 6.

2ma nota.

Quę sunt illa, quę expectant ad officium parrochi.

Parrochus oportet sciat linguam illorum, quibus preest.

¶ Et ludouicus gomez regula de Idiomate. pag. 230. dicit esse regulam rotæ, quod is, qui Ecclesiæ parrochiali

chiali providetur, nisi intelligat, et intelligenter loquatur idioma loci, vbi ecclesia hujusmodi consistit, provisio sit nulla; et dicit ipse, quod regula hec fundatur in iure, Vide extrauagan. Joan. 22. titulo. de prebendis. sedes apostolica. et dis. 43. sit rector; Et dicit per dictam regulam habere etiam verum in Ecclesia comendata: questione. 6. dicit, quod hec regula ligat etiam extra curiam, quia vbiqz militat eius ratio, scilicet, salus animarum, argumentum ex eis, que fal. c. 2. de rescrip. notat. lege concilium Trident. seßione. 24. c. tamet si. et. c. vt si fideles. mandatur enim ibi curatis, ut diebus festiuis suis omibus lingua earum declarent ea, que ad suscipienda sacramenta pertinent. vide. seßione. 24. c. quondam. et seßione. 22. c. et si mißa. seßione. 25. c. non sunt ferendi, vide seßione. 24. c. 12. Includitur etiam in hoc officio parrochi quod habetur. c. onis xpianus. de conser. d. 4. quod declarat Panor. c. suam de simon. soto de Justitia. et Jure. li. 9. q. 3. ar. 1. Aduerte tamen, quod curatus non potest cognoscere de causis matrimonij, puta de celebratione diuortij, quia pertinent ad dignitatem episcopalem. c. accedentibus. de exceß. prelat. et sic nec fratres virtute hujus breuis Pij Quinti, pro quo vide supra. absolutio. 3. verbo. 6º. Scito, et similiter, parrochus non potest punire delicta, vel ferre excomunicationem, quia non habet iurisdictionem contentiosam; et per consequens hujusmodi fratres, nisi virtute indulti Adriani. 6. vt dixi supra, absol.º 3. verbo scito. no poterunt, nisi quod parrochi poßunt.

Videtur quod sacerdos secularis qui linguam Indorum ignorat nō sit tutus in conscientia in populo —

Panor.

Soto.

In privilegio Pij. 5. conceditur quod poßit religiosi agere de matrimonialibus causis —.

3º nota.

¶ Nota 3º quod loca, in quibus potestas hujus concessionis datur exercenda per fratres, sunt monasteria sui ordinis, modo sint sita in populis hispanorum, modo in populis indorum, quia omnia sunt monasteria ordinis, et similiter extra, puta in populis de su visita. ~~Dicitur~~ Habetur enim in lra, postqz dicitur in

monasterijs

in monaſterijs sui ordinis in locis ipsarum partium aſsignatis, et aßignandis officium parrochi exercere poſsunt de licentia suorum prælatorum in capitulis prouincialibus obtenta sine licentia episcoporum. Extra tamen hec loca non poſsunt fratres officium parrochi exercere, quia non conceditur nobis absolute hęc poteſtas, sed limitatiue. At uero in dictis populis poßumus audire confeßiones omnium indorum, etiam si non sint de nrã iurisdictione, eosq; baptizare, eucharistiam, et extremam vnctionem conferre. Et factis bannis, et informatione suorum matrimonjorum eos matrimonjo coniungere, etiam modo post concilium Tridentinum, quia nos hęc omnja poteramus facere ante concilium per priuilegia leo. 10. et Pauli. 4i. ~~infra~~ supra citata verbo. baptizare. Et sic erat vsus, vt vidi, et feci sepe. Sed in hoc breui Pij quinti conceditur, vt in dictis populis poßimus officium parrochi exercere, matrimonjum celebrando, sacramenta mjnjstrando, pro vt hactenus consueuerunt, non obstante concil. Trident. et alijs quibuscuq;, ergo. ¶ Modo autem ~~mihi~~ nõ placet, quòd poßemus indos alterius iurisdictionis matrimonio iungere, quia abundãt ministri, et quia sequitur confusio, secus quando alter ~~eorum~~ est nrę iurisdictionis, illorum, qui volunt matrimonjum contrahere, quia concilium non prohibet nisi sponsos alterius parrochiæ, quòd tales non iungat matrimonio nisi eorum parrochus. Nota quòd dicit sponsos, et non sponsum alterius parrochiæ. Adde hic, quod Pius Quintus declarauit, quòd cum vnus est vnius parrochiæ, ~~alter~~, et alter coniugum alterius, ille in quo femina habitat dicitur proprius, et hanc declarationem adducit Nauarro in suo manuali latino c. 21. nu. 144. Et nos in appendice ad speculũ coniugiorum.

Placet hęc limitatio, et eſt neceſsariũ sic tenere quo ad matrimonium, et quo ad alia sacramẽta, seclusa neceßitate, est probabilius.

¶ Nota. 4. Quod capitula prouinciala sine alia licentia non poßunt signare populos, quos voluerit suis fratribus ad predictam potestatem exercendam: puta aßignamus fratrem. N. pro populo. N.

4a. nota.

indiffe-

indifferenter. ꝶ. Abſurdum eſt enim hoc, nec conceſsum in breui, confuſioq; iuris dictionis, et hierarchiæ Eccleſiæ, et eſſet comune Jurgium inter paſtores ouium xpi; Ergo quomodo poſsumus illud inferre ex comiſsione generali, cum non clare concedatur? Quare verba hujus priuilegij scz in locis sibi aſsignatis, vel aſsignandis intelliguntur, quod episcopi + concedunt fratribus tales populos, puta el conuento de tal parte, tunc prouincialis vel prior comedat fratri curam illorum, tunc dicit breue, quod in hujuſmodi populis qui tempore dati breuis sic erant fratribus aſsignati, vel post aſsignabuntur, quod poſsint ibi fratres officium parrochi exercere habita licentia suorum ſuperiorum in capitulis prouincialibus, quia cum non poſsint capitula prouincialia aſsignare fratribus ad predictum officium exercendum populos clericorum nisi delitentia ordinarij, et in hoc breue Pij Quinti concedatur capitulis prouincialibus, vt poſsint licentiam dare ſuis fratribus officium parrochi exercēdi in populis aſsignatis. ꝶ. neceſsario dicitur intelligi de aſsignatione facta per episcopum ++ de tali et tali populo conuentui talis monaſterij. ꝶ. vt dixi. Vel factam per regem philippum vel eius gubernatorem quia eſt patronus indiarum, pro quo nota.

+ Vel prorex, vel gubernator, qui vices gerit regis,

Locus aſsignandus fratribꝰ per epm, vel pro regem &c.

++ Vel prorege

5° nota.

¶ Nota 5. quod reges hiſpaniæ sine consensu episcoporum poſsunt aſsignare dictis fratribus populos Indorum vt ibi exerceant hanc poteſtatem parrochorum. Sic practicatum eſt Mexici anno 1568. mense auguſti: commendauit etenim fratribus predicatorum populum de Tepexic contra voluntatem episcopi de Tlaxcalla. Et similiter vidimus illo etiā anno ibidem populum de Tehoacan per dictam audientiam comitti fratribus minoribus, nō obstante

+ Et sepe in nova hiſpania sic practicatū eſt.

quod

Rex Philippus patronus, imo delegatus papę in noua hiſpania.

quod ibi residebat clericus per episcopum dictum de Tlaxcala. Et hanc authoritatem habet reges Hiſpanię per breue Alexandri. 6. concedentis dictis regibus hiſpanię conuerſionem indorum hujus noui orbis, stricte pręcipiendo eis, ut mittant viros timentes deum, doctos, peritos, et expertos ad instruendum illos in fide catholica; Et sic ex hac comiſſione per Papam facta regibus hiſpanię poſſunt aſſignare fratribus populos indorum, ut eos in fide instruant, quia in hoc funguntur authoritate Papę, ac si ipse Papa faceret, quia subrogatum debet sapere naturam subrogantis. Et delegatus non habet iurisdictionem iure proprio, sed iure delegātis, ut notat Panor. c. sane, quia de poteſtate deleg. numero. 2. et quod iniungit, non sua, sed delegātis authoritate iniungit. eo. titulo. c. cum in iure. nu. 2. secundum panor. Et sic facit rex, et per expreſſum mādatum regis fit aſſignatio à proregibus in noua hiſpania, et gubernatoribus alibi.

Panor.

Objectio.

¶ Et si dixeris, quomodo Papa aufert epiſcopis suam authoritatem? R. quod Papa non aufert episcopis, quia poteſt ubiq; terrarum miniſtros præficere pro salute animarum, sine conſensu ordinariorum, ut habetur. c. 2. de prebē. 6. nam ibi dicit gloſa: ipse fuit vocatus in plenitudinem poteſtatis, ut ipse concurrat cum omnibus prelatis, ideo inter ipsos eſt locus prequentionis. Et hanc poteſtatem pręficiendi miniſtros pro salute animarum poteſt Papa comittere quibus sibi visum fuerit, et sic comiſsit regibus hiſpanię.

¶ Scito etiam, quod rex hiſpaniarum duplici via poteſt prouidere eccleſiis populorum indorum de miniſtris. ¶ Prima iure patronatus, quo gaudet in his partibus, sicut in regnis granatę. corduben. ¶ Secunda, ratione delegationis sibi factę per bullam Alexan. 6

nota

Rex hiſpanię duplici titulo poteſt in nouo

orbe prouidere de miniſtris 1.° quia patronus. 2.° q2 quoad hoc papę delegatus.

xan. 6. de qua nunc loquimur. et sic incumbit regi hispaniæ prouidere de miniſtris pro conuersione indorum, et non epiſcopis, nisi rege non prouidente, et non preficiẽte, ipsi enim soli per sedem apostolicam cõmiſſum eſt, et hoc antequam eſſent epiſcopatus creati in his partibus, Ex quo patet, Quod nulla iniuria epiſcopis in hoc infertur, non eis enim aufertur ius prouidendi de curatis, niſi prius Papa prouidiſſet, quia vt dixi concurrit cum omnibus alijs prelatis in procurando, et gubernã do populum xpianum, quia ipse eſt ordinarius ordinariorum, et ordinarius totius orbis, et vrbis; Et rege non prouidente de hujusmodi miniſtris, prouident epiſcopi. Et cum rex prouidet statim cędit etiam prefect9, et prouiſus ab epiſcopo. c. decernimus. 16. q. 7. et Panor. Rubr. de Jure patr. numero. 4. dicit: epiſcopum, nec alium prelatum habere poteſtatem instituendi rectorem in beneficio sine presentatione patroni illius Eccleſię.

Panor. de iure patronat9.

His sic Jactis.

¶ Nota, quòd quando rex prouidet de miniſtris prima via ſt3, ut patronus, quòd tunc debet seruare ordinem iuris, et pactum, quod conceſsit in erectionibus Ecclesiarum, et epiſcopatuum, quando de nouo eriguntur, ſcilicet; vt prouideat de idoneis miniſtris nõ alterius epiſcopatus, sed illius. c. decernimus. 16. q. 7. c. hortamur. diſ. 71. et. s. Antonjn. 3. p. titu. 12. c. 12. §. 4. in principio dicit, quod si patronus presentat non idoneum, quòd poteſt, et debet epiſcop9 illum repellere. SS. quòd nota pro iſtis nouiter prouiſis neſcientibus indorum linguam, sunt enim repellibiles. supra 3.a conclusione. no. 2.

Considerandum

¶ Re occulatius inspecta, apparet, verum habere hoc, quod dixi, quando loca illa vbi rex mittit

authori-

authoritate hujus concessionis Alexan. 6. predicatores, et ministros, non haberent episcopum vel cap.^m sede vacante, vt in proui.^a de Jucatan, ~~cubat~~, Veragua. Et antiquitus. Et ratio que me mouet, est, quia Alexan. 6. solum comittit regibus hispanie, vt mittant viros doctos, ~~doctos~~ ad instruendos indos in fide. Et. quod vero ex his verbis concedatur regibus, quod contra voluntatē episcoporum possūt preficere parrochos. Et. indecens, videtur ~~censeo~~, officio episcopali, nec admittendum talem sensū ex verbis illis generalis concessionis Alexan. puto, quia notabiliter leditur iurisdictio episcoporum, et de hac lesione non fit mentio, ergo non debemus talem intellectum admittere, ut notat siluest. verbo. priuilegium. §. 3. et Panor. c. in omni. numero. 1. de testib9.

+ Cuba

¶ Secundo, quia rex mandat, ut prouideantur indorum populis, vocato episcopo, et prouinciali coram vice rege. ¶ Tertio, quia si religiosi haberent populos indorum sibi à rege assignatos, et rex preciperet, ut inde exirent, si religiosi adhuc ibi manentes sacramentum matrimonij administrarent ibidem, non valeret, quod quidem est absurdum. Modo tamen ablatus est scrupulus per breue Pij Quinti, quia ibi datur vt religiosi sacramentum matrimonij ministrēt sine licentia episcopi, quia ut legatus, et non vt patronus rex prouidet.

Cōsideratione digna sunt hec, et forte vera, quo ad clericos, sed nō quo ad monasteria ~~fūdāda de~~ fundata.

¶ Quando autem rex prouidet de ministris secunda via pro conuersione indorum, tunc non tenetur prouidere secundum iura dicta, sīz, de los hijos del obispado. Et. quia non prouidet vt patronus tunc, sed ut delegatus Papæ mandantis ei, vt destinet viros timentes deum, doctos, peritos, et expertos ad instruendum indos in fide catholica, et sic solum debet rex in hoc aduertere, qui melius poterunt instruere indos in fide catholica, et

.s. vt papæ delegat9,

illos

illos præficere populis indorum, et hoc non aliter proba-
tur, nisi quia facit authoritate Papę comendatis ei con-
uersionem Indorum. Et hinc est, quód si aliquis Eccle-
siasticus in his partibus non exemplariter viuit, statim
euocatur à rege in hispaniam, quia impeditur conuersio
indorum per suum malum exemplum. Et similiter
si magister ord. mend. mittit vicarium visitatorem
in has partes, debet se prius regi presentare. Et simi-
liter si aliquod priuilegium impetratur à Papa, quód
tangat gubernationem in spiritualibus in his terris, non
debet poni in practica, nisi prius registratum fuerit à
consi.° regio Indiarum. Et similiter metropolitani, nec
episcopi possunt publicare concilium prouinciale, vel si-
nodale, quousq rex in hispania videat, ne + ~~prohibeat~~ cõ-
uersionem indorum, conquesti sunt enim religiosi indiarũ,
quia per sua statuta episcopi perturbabant eos in suo-
rum priuilegiorum vsu, quę rex hispanię eis impetra-
uerat à Papa, et sic rex prouidit, vt dixi, quę omnia
sapiunt non ius patronatus, cum valde limitatum sit
.c. cum plantare. de priuileg. sed delegationem autho-
ritate apostolica factam. Et notanter dixi, quód tã-
gat gubernationem spiritualem in his terris, quoniam
si est lex comunis, ut de non agitandis tauris, vel
quód declaratur concilium Tridentinum vt in mo-
tu proprio. Hec et similia non oportet, ut registrẽ-
tur à consilio regio, quia in hoc non impeditur guber-
natio pro conuertendis indis, sed iuuatur. ++ Non tamen
ex hoc inferas, quód sola assignatio populorum reli-
giosis facta per regem sufficiat ad hoc, ut ipsi possit
sacramenta ministrare sine licentia Papę, vel episcopi,
quia rex in dicta assignatione populorum solum assig-
nat materiam, in qua possit, qui à Papa habet autho-
ritate

+ perturbet, seu impediat

Per amplius habet rex hispanię in quantũ legatus à Papa quo ad indos, quam id quód habet iure patronatus.

Considera.

++ Ex hoc infertur, q si quis religiosus habet litteras a suo generali pro visitatione faciendu in nova hispania, regimini ordinis, vel reformationi conueniens: etiam si litterę in senatu regio non fuerint approbatę, ~~Notanda~~ hñt suũ vigorẽ non solũ in foro cõscientię, sed etiã in foro exteriori.

ritatem sacramenta administrandi, et sic videmus in hoc priuilegio petiſſe regem philippum hanc authoritatem à Papa Pio. 5. pro fratribus mendicantibus indiaru, habita autem licentia poterunt fratres, vel clerici in populis sibi à rege signatis sacramenta miniſtrare, officiuq; parrochi exercere ~~cum~~ sine voluntate, et licentia episcopi, nec obstat. c. paſtoralis. quia loquitur de iure comuni, nos autem loquimur de priuilegio particulari conceſſo per sedem apostolicam regi hispaniarum.

¶ Nota. 6. quod prędicta licentia ad exercendum officium parrochi, quę mandatur à fratibus obtinere in hoc breui in capitulis prouincialibus, debet neceſſario fratribus ibi comitti, sic enim dicitur in breui, non tamen neceſſarium erit, quod fratres ibi se personaliter pręsentet, quia breue solum dicit, quod in capitulis prouincialibus obtineatur illa licentia, et poſſet tunc diffinitorium dicere, quod omnes fratres, quos nominauerit prouincialis, vel priores, vel vicarios domorum in sacramentorum administratores circa indos, habet ipsum diffinitorium pro nominatis, et quod ex tunc, pro tunc ipsum diffinitorium eos nominat, conceditq; licentiam officium parrochi exercendi in populis indorum nunc aſsignatis, et pro tempore aßignandis, quia hoc tantum est, ac si in ipso capitulo prouinciali daretur licentia, quoniam ibi confertur. Argumentu, quando delegatio ab inferiori à Papa conceditur per episcopum, vel per alium ordinarium, quos ipse in pręlatos vel in procuratores nominauerit delegans. i. episcopus vel ordinarius ex nunc pro tunc habet pro nominatis, et ipse eos nominat, tunc enim non delegatus, sed delegans nominat. Vt est glo. c. is cui. de offi°. de leg. 6. et. c. 1. de procura. 6. Siluest. verbo. delegatus. §. 8. partic. 6. &. et sic dato non sit ordinaria, nec delegabilis hec poteſtas hujus breujs, potest tamen hoc modo comitti, et q; verificatur, quod datur licentia in capitulis prouincialibus,

Nota. 6.

Sic fit in capitulis religiosorum.

Considera Silueſt.

libus, sufficit, et quia breue hoc non mandat, quod fratres, qui obtinere debent hanc licentiam sint personaliter presentes in capitulis prouincialibus, nec quod ibi examinentur, sed solum quod ibi obtineatur, sic quomodocumque verificetur, quod in capitulis prouincialibus licentia obtinetur, sufficit, quia tunc verum est quod in capitulis prouincialibus obtinetur. Et dato eligeretur industria personę in hoc breui, sufficeret taliter cōmittendo quia ipsa persona, quę eligitur, cōmittit, et facit, quoniam non requiritur cognitio causę, nec examen personę cui cōmittenda est dicta licentia, sed solum, quod ibi cōmittatur.

¶ Fratribus autem alterius prouintię, licet eiusdē ordinis sint, non potest capitulum prouinciale cōmittere hanc potestatem, quia breue concedit fratribus subditis, et habentibus ibi suos prelatos. Isti uero non sunt subditi nec capitulum prouinciale similiter est eius superior. Non enim isti fratres vocant prouincialem hujus nostrę prouincię, nostrum prouincialem, sed prouincialem suę prouincię, nec prouincialis hujus prouintię poterit irritare vota facta horum fratrum, et sic non posset capitulum prouinciale cōmittere istis fratribus hanc potestatem, et quia non seruatur forma rescripti, nihil fieret. c. cum delicta. de rescrip. et Panor ibi. numero. 4. nihilominus dicti fratres poterunt sacramēta omnia indis in illis populis de consensu prouincialis, vel prioris, aut vicarij per breue Pauli. 4. de quo. sup. verbo, baptizare. vide ibi.

Panor.

7.m #. nota.

¶ Nota. 7º. quod religiosi indiarum nec per hoc breue Pij. 5. nec etiam per capitula prouincialia, sunt curati indorum, quia vnumquodque recipitur per modum recipientis, modus autem recipiendi hic indorum populos, et officium parrochi nunquam fuit receptum à fratribus per modū curatorum, et vt curati, semper enim fugimus tale onus.

Religiosi in nouo orbe et si officiū parrochi cū indis exercent nō tn̄ sūt curati ex debito sed solū charitate exercent.

~~Capta~~ prouincialia.

¶ Item quia ante hoc breue certiſsimum erat, quod fratres non erant curati, hoc enim petebat episcopi ab eis, et ipſi renuebant, ergo nec poſtq̃ venit dictum breue: consequentia patet, quia in breui nil nobis iniungitur vt curatis, quia ~~illa~~ (valeant officium parrochi exercere. &c.) non hoc probant, nam statim Papa subdit. (Vt hactenus conſueuerunt) sed antea non ~~habebamus~~ erat hoc in conſuetudine, ergo. &c.

illa verba

¶ Item quia Papa per hęc verba non creat fratres curatos, sed dat licentiam eis, officium parrochi exercendi, sicut ante faciebant voluntate ordinariorum nõ requiſita. &c.

¶ At uero tenemur de Justicia facere indictis populis indorum non totum, quod curatus tenetur de officio facere, quia non sumus curati; sed totum, quod alias fecißent ibi clerici, vel religiosi. inde amoti, vel impediti, ne ibi intrent, et sacramenta adminiſtrent, quia ratio naturalis dictat, vt vnuſquiſq; soluat damnum quod sua causa fuit illatum, sed causa noſtra, et precibus coram rege factum eſt, quod in populis nobis aſsignatis, non resideant clerici curati, vel alij religiosi, qui Indis sacramenta adminiſtrent, mortuos sepelirent, miſſas diebus feſtiujs agerent: ergo tenemur de Justitia resarcire hęc, quibus carent noſtra cauſa populi indorum licet ex charitate adminiſtremus eis ſacramenta, sicut, qui incępit audire confeſſionem alicujus, cępit ex charitate, at uero tenetur poſtq̃ cepit perficere de Justicia, iniuriamq; ei faceret, si non perficeret, ut dicit Victoria. 4. de confeſſione. Et soto. 4. dis. 18. q. 4. ~~pag. 126~~. Sic inpreſentiarum.

Ad quid teneantur religiosi erga Indos.

Et sic episcopus manet verus paſtor populorum noſtrorum, et poteſt confeſſiones illorum audire, sacramenta adminiſtrare, diuortia celebrare, et punire delicta, tum quia per hęc non impeditur, quin fratres

Episcopus quid poßit, in populis, in quibus religiosi habitãt.

~~Per conceſsionē Pij .5. nō tollitur, ~~quando~~ quin ep̄s, ubi ſūt religiosi, poſsit sacramēta miniſtrare, et delinquentes punire.~~

tres ibidem officium parrochi exerceant, tum etiam quia per breue ~~hoc~~ Pij Quinti non tollitur epiſcopis iurisdictio, quam ſuper illos populos habent iure ordinario, nihilominus sic debent hęc ab epiſcopis fieri, ut non perturbentur fratres in conuerſione + Indorum, quia priuilegium Papę nec etiam indirecte frangi debet, nec contra ipſum aliquid intentare. c. quanto, de priuilegijs, quod meti mandabis.

Aduerte.

+ et manutenētia

¶ Aduerte, quòd si epiſcopi modo poſt plenam intimationem hujus breuis vellent auferre populos aliquos indorum fratribus, qui tempore datę breuis erant eis aſsignati, nihilominus fratres poterunt ibidem officium parrochi facere, et matrimonia celebrare, quia authoritate Papę faciunt, qui mandat epiſcopis in hoc breui, ne vbi fratres incumbunt confeſsioni, seu conuerſioni indorum, aliquid innouent, et priuilegium superioris non potest diminui per inferiorem, secundum Panor. c. nisi specialis, de officio deleg. Et idem dic, Quòd non poſsunt epiſcopi aliquid innouare in populis nobis aſsignatis tempore datę breuis, vel qui poſtea aſsignabuntur, et ſi illos nobis auferrēt nihil facerent, et fratres poſsent ibi officium parrochi exercere contra epiſcoporum voluntatem, quia sic concedit breue dum dicit, ordinariorum volūtate minime requiſita. Immo si epiſcopus tolleret nobis populos indorum nobis aſsignatos tempore datę hujus breuis, nil faceret, dato ignoraret, vel ei non intimatum fuiſset breue hoc. Quia ligat à tempore datę, vt tenet glo. Panor. c. cognoſcētes. de conſt. in margine ſra. c. et Panor. c. nouerit de sent. excom. et Alexan. 4. decreuit irritas omnes sententias, quas ~~ex~~ archiepiſcopi, et epiſcopi, prelati, et rectores + ferre preſumpserint contra indulta apoſtolica conceſſa ordini predicatorum, vel inpoſterum cōcedenda.

Panor.

Preuilegium Papę à data eius valet.

~~Capitula~~ prouincialia.
concedenda in compendio priuilegii verbo. priuilegia fratrum. conceſſione. 4. et glo. c. ex parte. de verb. sig. Tex. ibi dicit, quòd sententia lata contra priuilegium Papę non valet. et Panor. clarius. ſ. c. audita. de reſtitu. spol. numero. 14.

Celebrare

¶ Queritur, qua hora, et quibus locis poſſunt fratres mēdicantes celebrare.

¶ Prima conclusio, fratres mendicantes poſſunt ex deuotione, vel alia iuſta cauſa in suis monasterijs celebrare miſſas statim poſt expletum matutinum. ℞. hoc conceſſit Marti. 5. fratibus sancti benedicti. Vide in compendio priuilegiorum. 2ᵉ impreſſionis. hoc verbo. conceſſione 7. Et Innocentius 8. cōceſſit fratibus Auguſti, quod expleto Matutino officio etiam ante lucis auroram poſſint celebrare, ibi cōceſſione. 8. et ~~nos~~ sic similiter poſſumus omnes mēdicantes.

Prima concl^o.

Statim poſt matutinū quod fit media nocte, poſſunt religioſi celebrare.

¶ Idem conceſſit fratibus predicatoribus, vt in couentibus ſuis, vel alijs locis, vbi eis celebrare contingat per horam ante diem, et per horam poſt meridiem poſſūt celebrare, vide in mari magno. conceſſione. 195. fol. 76.

Inno. 8.

¶ Item Eugenius. 4. conceſſit fratibus minoribus quòd poſſint celebrare miſſam, vſque ad horam nonam sine ſcrupulo conſcientię. Vide in mari magno, et ~~[illegible]~~ in compendio priuilegiorum. conceſſione. pª verbo, miſſa.

Euge. 4.

¶ Et si opponas his priuilegijs decretum concilij Tridenti. seſſione. 22. decreto de obseruand. et vitād. ℞. Rº. quòd ibi nihil dicitur de hora, sed de loco, et ~~[illegible]~~ etiam scito, quòd non tolluntur per concilium priuilegia

legia

legia concedentia, vt in tali loco, et loco poſſimus celebrare, niſi quando epiſcopus prohibuiſſet, quia concilium dicit circa hoc, epiſcopi statuant, et mandet non obſtantibus priuilegijs noſtris, et poſtq̃ statuerit epiſcopi, quòd non celebremus niſi in Eccleſia, tūc habemus aliud suffragium. ſ. nouam conceſſionem ~~noſtrae~~ priuilegiorum, etiam quo ad illa quę fuere derogata, et reſtricta in concilio Tridentino, et eis vti poſſumus in foro conscientię tantum. ~~Et hanc conceſſionem legi authenticam,~~ Et sic in locis noſtris secreto poterimus celebrare, etiam extra ecclesiam quia vtimur tunc hoc priuilegio. Imo aduerte, quòd idem Pius Quintus in bulla de motu proprio pag. 15. concedit, vt poſſimus celebrare non solum in noſtris Eccleſijs, verum in quibuſcumq; alijs, vbi celebrare miſſas solitum eſt,. Et gregor. 13. societati conceſſit. quòd vide. infra. verbo. miſsa.

2.ª concl.º

¶ Secunda concluſio. Clemens Quartus conceſſit fratribus minoribus, quòd in locis vbi degunt, poſſunt habere oratoria, in quibus poſſint miſſas, et officia diuina celebrare. Sixtus Quartus addit, quòd in quovis loco honeſto. Alexand. 6. quod in cameris ſecularium, vel in plateis poſſunt celebrare. Has cōceſſiones legi in compendio priuilegiorum, verbo miſſa. p.º Quibus vti poterimus quo vſq; epiſcopi contrarium statuant, et mandent, vt dixi.

Cōmunicare.

¶ Scito, quòd in Clementi. a.ª p.ª de priuileg. excōmunicantur ipso facto quicunq; religiosi, qui sacramentum Eucharistię conferunt clericis, vel laycis, nisi prius habeant licentiam specialem parrochi.

Eugenius

Eugenius tamen 4.º postea declarauit, quòd quãdo
parrochus dat licentiam suo subdito, vt à quocunq; pos-
sit Eucharistiam recipere, quòd tunc potest à religiosis re-
cipere. in compendio, priuileg. concessione. 3. quòd nota,
q. per hanc declarationem respondendum est Syluestro.
excom. 7. excom. 14. vbi multa scrupulosa dicit, et sic
si frater minor iter facit ex licentia sui prelati potest reci-
pere cõmunionem ~~à nobis, et nos similiter ab eo~~.

Ad intelligendũ Syl-
uestrum, nota.

+ + + a predicatore, et similiter ab eo
frater alterius ordinis.

¶ Prima concessio. Leo decimus concessit fratibus mi-
noribus, quòd quilibet sacerdos dicti ordinis possit mi-
nistrare Eucharistiam omnibus fidelibus vndecunq; ve-
nerit (excepto die quo celebratur festum resurrectionis
dumtaxat.) sine licentia parrochi, etiam si sint alterius
episcopatus. in compendio .9. concessione. Pius. 5. in mo-
tu propio. pag. 15. concessit fratibus mendicantibus, q.
christi fideles possint sacramentum Eucharistię (resur-
rectionis dñi festiuitate dumtaxat excepta) sine alia
licentia suscipere, fratresq; eis dare, ordinariorum vel
curatorum licentia non requisita, nec ad aliud cogere
possunt dicti ordinarij, et curati. ff.

Declarationẽ Clem. pro religi-
osis ministrãtibus in nouo orbe,
vide, in qua latissimè est declara-
tũ quid ob priuilegia possint
religiosi contra illa, quę in Cle.
sunt expressa.

¶ Nota pº. festiuitas resurrectionis domini non est tota
hebdomada Paschę, sed solum dies dominicus, sic decla-
rat Nauarro. c. 21. numero. 52. modo accipiatur
ad implendum preceptum, modo non. Et quòd sic de-
claratur, vel declarari potest per priuilegium Pauli 4.
vbi concessit nobis omnia priuilegia concessa, vel con-
cedenda iuxta fauorabiliorem illorum interpretationẽ.
Et fideles suscipientes Eucharistiam à fratibus excep-
to die dominico adimplent preceptum, modo sit in heb-
domada sancta, modo in hebdomada paschę, vt te-
net Nauarro supra. Et hoc concedit Pius Papa quintus,
quando dixit, nec aliud faciendum per ordinarios vel
parrochos. Et sic excõmunicatio esset nulla. Et Paulus
Quartus concessit nobis, vt possimus administrare oĩa
Sacramẽta

Nota pº.

Nauarro.

D Nouarro

Sacramenta omnibus Indis. Et quia non excipit diem resurrectionis, et conceſsit, vt omnibus indis poſsem9 administrare. Ex. sequitur quod in nris locis etiam die Dominico resurrectionis poſsumus omnibus Indis dare.

2º. nota: ¶ Nota secundo, quod viaticum poſsumus dare omnibus fidelibus in domibus nostris excepto die Dominica paschę, sed deferre solemniter, prohibetur in domos infirmorum. Et Silueſter. exco. 14. dubio. 3. intelligitur stando in iure cōmuni. Imo si parrochus abeſset, poſset religioſus deferre Eucharistiam. i. viaticum infirmo indo, vel hispano, vt dicunt hoſtien. Innocen. Ioa. and. directorium, et sūma angelica, quia neceſsitas caret lege, et sic non agit religiosus contra clementinam, quia non eſt preſumendum in tali caſu voluiſse, piam matrem Eccleſiam impedire viaticum, Immo nec extremam vnctionem quidquid dicat dominus syluester, vide infra. verbo. familiares, notabili. 3º.

Considerandum.

Syluest.

¶ Nota tertio, quod Eugeni9 Quartus declarauit precepto de cōmunicando. + c. omnis vtriuſqz sexus, satisfactum eſse si in hebdomada sancta vel intra octauas resurrectionis (secundum meliorem diſpoſitionem et aptiorē mētis deuotionem) fideles eucharistiam accipiant. In compendio priuileg. concesſione prima. Ex quo patet, quod fideles in dominica de ramis poſsunt satiſfacere præcepto, quia est principium hebdomadæ sanctæ. Idem Eugenius 4º. conceſsit, quod quando quis tempore paſchali se receperit in aliena dioceſi, semper ibi intelligatur adeptū eſse incolatum, vt ibi confiteri, et cōmunicare valeat, quātum cuqz ibi paruo tempore steterit, In compendio priuileg. conceſsione secunda. Auctor compendij priuileg. dicit, quod si iſte vult cōmunicare in Eccleſia ~~seculari~~, quod debet eſse hec cōmunio in Eccleſia, vbi habet hospitiū hoc eſt in termino illius, nam sine licentia parrochi illi9 minime poteſt recurrere ad alium.

+ per

¶ Cōmunicatio priuilegiorum.

¶ Pro declaratione huius materiæ ſciendum eſt, quod ordines mendicantium ſunt .4. ſcilicet ~~ordo sancti Augustini~~, ordo fratrum prędicatorum, ordo fratrum minorum,+ ordo carmelitarum. ~~Vt videbis apud ministros~~ c. conſtitutionem. de ++ ~~regul. 6.~~ Et modo per grego. 13. fratres de ſocietate ſunt mendicantes. ~~Et per Paulum 4m etiam minimi sunt mendicantes.~~ ¶ et sic sunt iam sex ordines mendicantiū.

+ Ordo S. Augustini, et

++ regularibꝫ. in 6. Et per Pau. 4. etiā minimi ſūt mēdicātes

¶ Secundo eſt ſciendum, quod omnes iſti ordines per cōmunicationem priuilegiorum gaudent omnibus priuilegijs, indultis, gratijs in temporalibus, et ſpiritualibus conceſſis, et concedendis cuilibet ipſorum ordinum, ac ſi eſſent vnus ordo, ut patet per Sixtum Quartū anno .1474. qui omnia priuilegia conceſſa, et concedenda fratribus prędicatoribus cōmunicauit, et conceſſit perpetuo in omnibus, et per omnia, et sine vlla differentia, perinde ac si quę ~~vni~~ sunt conceſſa omnibus simul nominatim conceſſa fuiſſent, aut in poſterum concederentur. In compendio priuilegiorum conceſſione prima, et in mare mag. conceſſione 31. fol. 144. Et Julius 2ꝰ hoc idem conceſſit fratribus heremiticis. s. Augustini. In compendio priuileg. conceſſione .27. Et Alexand. anno 1481. conceſſit eiſdem idem, et quod gaudeant priuilegijs dictis, sicut gaudent fratres prędicatores priuilegijs fratrum minorum, non solū si fuiſſent conceſſa apostolica, sed etiam ab alijs authoritatem habentibus, et in poſterum concedenda. Et Sixtꝰ Quartus conceſſit hoc idem fratribus carmelitis in compendio priuileg. conceſſione .30. Et fratres de la merced habet a Leone .10. vt gaudeant omnibus priuilegijs conceſſis fratribus mendicantibus, sed priuilegia fratrum mendicantiū sunt, vt vnus ordo poſſit gaudere omnibus conceſſis, et concedendis alijs ordinibus, ergo fratres de la merced gaudent omnibus priuilegijs conceſſis et concedendis fratribꝰ mendicantibus. Idem de ordine minimorum, et de fratribus societatis.

Conceſſa et concedenda cōmunicantur.

~~Conceſſa et concedenda.~~

bus societatis. vt dictum est. pro quo vide. § Absolutio primo. no. 2. Et hoc idem priuilegium habēt fratres minores claustrales. Leo enim Decimus concessit, vt omnia, et singula priuilegia ordini fratrum minorum tam per ipsum leonem decimum, quam per alios Romanos pontifices concessa fratribus obseruantię, ac etiā conuentualibus dicti ordinis inuicem perpetuo sint cōmunicata, eisq; suffragentur in quantum concordię per eundem Leonem factę non contrariantur, in compendio priuilegiorum. concessione. 15.

¶ Per clem. 7. anno. 1530. facta est communicatio religiosis heremitarum sancti Augustini cū omnibus ordinibus mendicantium, et cū ordine seruorum beatę Marię, et cū minimis, et cum omnibus ordinibus, personis, congregationibus, confraternitatibus, et alijs Pijs locis, et sororibus, et oblatis, et mantilatis quomodolibet concessa etiam viuę vocis oraculo, et confirmauit concessa per Julium. 2. ~~secundum~~, et Sixtum. 4. et leonem 10.

¶ Scito, quòd fratres ordinis predicatorum, puta prouincię de Chiappa gaudent omnibus priuilegis concessis, et concedendis fratribus eiusdem ordinis alterius prouincię, puta de Mexico, Peru, Isla española. SS. Sic. n. concessit Clemens 7. fratribus minoribus, ut vidi in compendio priuilegiorum, concessione. 19. et aduerte, quòd quando diuiduntur ciuitates, vel dioceses propter diuini cultus augmentum, et incrementum populi, non diuiduntur gratię apostolicę. Vt habetur extravagante vnica. de offi. de officio. deleg.

¶ Scito similiter, quòd fratres predicatores, et alij mendicantes vti possunt omnibus priuilegijs concessis, et concedendis monachis, vt videbis in compendio priuilegiorū. concessione. 19. quòd concessit Clemens 7. Et clarius multo Paul. 3. anno. 1542. concessit fratribus predicatoribus de Mexico

de Mexico per prouinciam, dominium, et gubernationem. D. Antonij De Mendoça viceregis. In compendio priuileg. conceſsione. 20. vbi leo ~~Decimus~~ 10. conceſsit plura.

¶ Hic oportet reminiſci pro intelligentia huius materiæ de comunicatione priuilegiorum id, quod notatum est. Abſol.º primo. in 3.º ~~not~~ notab. quomodo hęc comunicatio priuilegiorum conceditur respectiue. i. quod conceditur miniſtro fratrum minorum, hoc gaudeat magister alterius ordinis ~~etiam~~, non alij prelati. Et quod conceditur prouinciali ~~nostri~~ vnius ordinis, hoc gaudeat prouinciales aliorum ordinu mendicantium, et non priores, nec guardiani. &c. Et sic de singulis. Et hoc modo debet concurrere eadem ratio in illo, qui vult gaudere priuilegio propter quod datum fuit illud priuilegium alteri. Vide ibi supra. Oportet tamen notare, quod prouinciales Indiarum gaudent priuilegijs conceſsis et concedendis magistris ordinis ~~nostri~~ predicatorum, et aliorum ordinum, quod conceſsit Paul. 3. ~~Et ego in authentico legi~~. Vide infra. verbo. declarare. ~~in primo~~ notab. 1.º

¶ Ex compendio societatis in comuni. Iulius. 3. conceſsit, vt prepositi inferiores poſsint de licentia generalis comuni, care omnibus profeſsis omnes gratias. &c.

¶ Per Pium Quintum, et per greg. 13. comunicatio facta est societati omnium gratiarum, et priuilegiorum non solum in conceſsis, sed in concedendis. Et hec comunicatio etiam extenditur ad viuę uocis oracula.

Comunicatio in conceſsis, et concedendis facta patribus societatis.

Compositio — G

¶ Ex compendio indico societatis. greg. 13. ad decenium anno. 1579. conceſsit, vt presbiteri societatis, cum neophitis, et alijs ad Ecclesię catholicę vnionem reductis super bonis male acquisitis, atque incertis personis restituendis ad pia opera poſsit componere. Et si persona obligata indiget in parte, vel in toto remittere. Hoc in foro conſcientię, ~~hoc~~ quo vti poſsunt prouinciales, et illi quibus ipsi comiſserint.

misserint, Et iſta gratia hac conditione conceſsa, quòd in proprium, aut societatis vſum nihil incertorum conuertantur.

Concilium Tridentinum.

Auctor dum.

Confirmatio facta priuilegiorũ in foro conscientię, ablata omni restrictione facta in conc. trid.

¶ Concilium Tridentinũ abstulit ordinibus fratrũ mendicantium quàm plura preuilegia, alia restrinxit, alia modificauit, vt eſt uidere in suis ſeſsionibus, que ~~omnia in unum compilata sunt~~. At uero Pius quintus anno. 1566. die. 13. Maij ad supplicationem Reuerendiſsimi patris fratris Aloysij putei miniſtri generalis ordinis fratrum minorum conceſsit viuę uocis oraculo, et confirmauit omnia priuilegia, et quascunq; gratias, etiã viuę vocis oraculo conceſsas per Paulum Quartum, et alios Pontifi. Romanos prędeceſsores ſuos cum singulis clausulis, decretis, et derogationibus in eis contentis fratribus minoribus, vt illis gaudere, et vti poſsint toties quoties opus fuerit, et eis videbitur, etiam quo ad illa ex eis quę sunt reſtricta, seu derogata per concilium Tridẽtinum, et vti poſsint in foro conscientię tantum, Eſt autenticũ in collegio hoc sancti Pauli Mexici ordinis sancti Augustini.

¶ Ex compendio societatis in cõmuni. Pius Quintus declarauit, quòd illa quę in cap.º 16. ſeſsione. 25. concilij Triden. de regularibus dicta ſunt, non intelligãtur de regularibus societatis. Et sic per cõmunicationem intelligitur de alijs ordinibus mendicantium in illis, quę fauorabilia sunt. Vbi loquitur de nouitiorũ renũciatione.

Comutatio.

¶ Ex compendio societatis in cõmuni. poſsũt generales, et ab eo deputati cõmutare omnia vota exceptis vltramarinis, et Petri et Pauli de vrbe et ſacti Jacobi in compoſtella. per Paul. 3. et greg. 13. etiã conceditur cõmutatio voti ſimplicis ingrediendi aliã religionem.

¶ Poteſt fieri cõmutatio legatorum vnius conuentus in vſum alterius, dummodo sine ſcandalo. Et vnius rei in vſũ alterius. In compendio generali eiuſdẽ ſocietatis. verbo cõmutatio. §. 1. Similiter donatio vnius conuentus in alium. Vide infra verbo generalis.

Hęc eſt magna conceſſio –

Confeſſor.

De poteſtate confeſſorum, et a quibus poſſunt abſoluere, dictum eſt ſupra, abſolutio. 1º. 2º. 3º. Vide ibi. Quare hic ſolum ponenda ſunt priuilegia apoſtolica, virtute quorum poſſunt fratres mendicantes, audire confeſſiones ſecularium.

¶ Prima concl.º Clemens Quintus in concilio Vienenſi in Clementina. dudum. de ſepul. statuit certam formã in creandis confeſſoribus ordinis prędicatorum, et fratrũ minorum, quę quia cõmunis, et vsualis eſt, non apponetur hic. Practica eius ponitur à Nauarro. c. 27. numero 267. vide ibi. Iſti tamen confeſſores habent plura priuilegia.

Prima concl.º

Nauarro.

¶ Primum priuilegium eſt, quòd ſunt perpetui, nec expirant morte epiſcopi, coram quo ſunt preſentati, ſecundũ Soto. 4. pagin. 865. Siueſt. confeſſor. 2. §. 4. Quia poteſtas, quam habent, eſt à Papa. Et modo Pius Quintus in motu propio. pag. 11. declarauit, et conceſſit, quòd samel admiſſus in vna diocęsi per epiſcopum, semper habeatur admiſſus, nec amplius examinari, nec prę-ſentari ibi debet, vide authorem compendij priuilegiorũ abſolutio. 1º. quo ad ſeculares. conceſſione. 2ª. Dicit et, quòd sunt perpetui. Et fratres predicatores congregationis Lombardię habent ex gratia, quod quando fres acceptantur à prelatis in confeſſores habeant omnes gratias, et priuilegia in audiendis confeſſionibus, ac si eſſent prezentati secundum formam Clemẽ. dudum. de sepult. De qua gratia, dicit sumã Fabiena, verbo abſolutio. §. 34.

Soto. in. 4. dis. 18. q. 4. ar. 3.

Frates à ſuis prelatis acceptati in confeſſores habẽt õnes grãs, quas haberent, si eſſẽt pręſẽtati ſm formã clem. dudum.

Fabiena.

¶ Secundum priuilegium eſt, quod non poteſt epiſcopus
eos reuocare, poſtquam coram eo sunt præsentati, secundum
Syluest. — Siluest. Confeſſor. 2. §. vltimo, et alios multos, quia
Præsentati, et acceptati ab epo nõ poſſunt reuocari ab eodem. — episcopi solum nudum miniſterium exhibet, sicut in baptiſmo miniſter. Quare post legitimam præsentationem vel-
lint, nollint epiſcopi, sunt confeſſores authoritate Pa-
pæ, per clement. dudum. de sepult. Dicit tamen siluer.
quod nihilominus videtur, ~~[illegible]~~ quòd ex causa
poſſunt eos tollere, puta si scandalose uiuerent, vel
surdus efficeretur, vel mente captus, et hujusmodi, quia
clementina requirit, et mandat personas idoneas, et
valde probatas.

¶ Tertium priuilegium dictorum confeſſorum eſt, quod
poterunt abſoluere sicut parrochi. Et epiſcopi nõ poſ-
sunt limitare eorum poteſtatem, ſcilicet reseruando ex-
cõmunicationes Juris, quarum absolutio nulli reſeruatur,
Siluest. — vt tenet Siluest. confeſſor. 2. sed de hac potestate di-
ximus supra. absolutio. 3.

¶ Quartum priuilegium eſt, quòd poterunt audire cõ-
feſsiones in illo episcopatu, vbi præsentati sunt, omnium fide-
lium vndecunque venerint, et illos absoluere ab õnibus
casibus, exceptis propter quos sedes apostolica merito
conſulenda eſſet, ut dixi supra. abſol.º 3. vide Ar-
mill. verbo. absol.º §. 22. 23.

¶ Et his omnibus gaudent, quibus confeſſores
ordinum mendicantium acceptati ab ordinarijs in
confeſſores secularium, dato non fuiſſent acceptati
secundũ formam Clement. dudum. de sepul. vt di-
Fabiena. — cit Fabiena. verbo. Absolutio. §. 34. se vidiſſe au-
thenticum. Aduertant etiam fratres, ~~[illegible]~~ vel præla-
ti, quòd quando petunt aliquam gratiam ab epiſcopis
quòd semper petant sibi concedi in nomine dignita-
tis, et vſque ad beneplacitum sedis, quia talis gra

taliter

talifer conceſſa, eſt de iure perpetua, ut habes. c. si gratioſe. de reſcrip. 6. Et silueſter. confe. 1. §. 7. Nauarro. c. 27. numero. 264. Immo non poteſt poſtea illam tollere sine cauſa rationabili, quia ius, cui ipſe eſt subditus, mandat, quòd sit perpetua. c. si gratioſé. de reſcrip. 6. et regula. Beneficium principis decet eſſe permansurum. 6. vbi glo. dicit, quod decet importat neceſſitatem in inferioribus Papæ. Notandũ. Nauarro.

¶ Secunda concluſio fratres mendicantes debite preſentati, vel gratioſe ab ordinarijs in confeſſores acceptati, poſſunt extra dioceſim subditos illorum audire. Hoc cõceſsit Sixtus. 4. et habetur in compendio priuilegiorũ absolutio. 1. quo ad seculares. conceſsione. 11. 2.a conclo.

¶ Eugenius Quartus cõceſsit fratibus minoribus, quòd quando non poſſunt cõmode se epiſcopis preſentare, quia sunt in itinere, vel alibi, et non poſſunt petere caſus epiſcopales: tunc poſſunt plenarie vti authoritate epiſcopali. Vbi supra in compendio. conceſsione. 3. Et notandum hoc pro fratibus, qui in his indiarum terris diſtamus ab Epiſcopis.

¶ Sed dices, quomodo inſtituuntur fratres mendicantes in confeſſores secularium, vel quid requiratur ad hoc, quòd poſſint audire confeſſiones eorum?

¶ Tertia conclo. fratres inſtituuntur in confeſſores secularium, quando à prelatis suis preſentatur epiſcopis pro audiendis confeſsionibus secularium ouium suarum, et epi approbant, hoc eſt, habet eos pro preſentatis, et tũc datos, seruetur forma clementinæ. de sepult. sicut non; si à prelatis et epiſcopis acceptentur in confeſſores. hoc sufficit, vt ſint confeſſores secularium. Et aduerte, quòd poſſunt examinari ab epiſcopis, nisi sint lectores, et graduati in Theologia, nam licet iſti eximuntur ab examine, ceteri debent examen subire, si epiſcopi voluerint. a 3. con.

¶ Item ibi dicitur, quòd semel examinatus in vna dioceſi non debet amplius in illa examinari. &c. Et confeſsiones iſtorum fratum debent acceptari à curatis

in vtroq; foro, et vbilibet poſſunt fieri à fratribus in do-
mibus suis, vel extra. vt dicit bulla motus proprij.
¶ Ex hac ultima clausula videlicet. Item ibi dicit. &c.
habetur, quòd frater examinatus ab epiſcopo in vna dio-
ceſi, si vadit ad aliam, quòd poterit ibi examinari, quia
dicit non debet amplius in illa diocesi examinari, ergo
secus in alia. Et sic non poteſt audire confeſſiones secu-
larium in episcopatu alio virtute Clement. dudum de
sepul. nec virtute ~~clement.~~ licentię sibi factę ab ep̄o,
quia solum in epiſcopatu suo, et ubi approbatur eſt cō-
feſſor, non enim epiſcopus vnus poteſt dare confeſſo-
res pro ouibus alterius. vno

¶ Secundo dico, quòd frater approbatus ab episcopo
~~de chiappa~~ poteſt audire confeſſiones ouium episcopi al-
terius diocesis ~~de Guatemala, vel de mexico~~ virtute bullę cruciatę,

Aduerte circa cruciatā.

dato non ſit approbatus in illo epiſcopatu, quod probatur,
quia bulla dicit, quòd poteſt eligere confeſſorem sacerdo-
tem secularem vel regularem approbatum ab epiſcopo:
sed iste eſt approbatus.

Obiectio.

¶ Oppones, quòd intelligit de approbato in illo epiſco-
patu ~~de Guatemala~~. &c. Contra, quia lex non distinguit,
nec nos distinguere debemus, sed lex dicit absoluté,
quòd poſſit eligi approbatus ab episcopo.

nota

Nauarro.

Potestas ad dispēsadū est beneficiū principis, et sic laté debet interpretari.

¶ Secundo, quia poteſtas, quę datur à Papa alicui ad
dispensandum eſt extendenda, vt notat Nauarro. c.
10. numero 23. quia licet dispensare super ius sit odio-
sum, non tamen poteſtas ad dispensandum, sed eſt be-
neficium principis, ergo hęc poteſtas, quę datur per bullā
cruciatę ad eligendum confeſſorem eſt extendenda, q̄
in fauorem animarum, sed hoc non fit, si solum intelli-
gatur hęc poteſtas ad eligendum confeſſorem expo-
situm in illo episcopatu, ergo non eſt sic interpretan-
da, sed vt dixi.

¶ Vltimo dico, quòd propter tolendum scandalum, debet iste confeſſor oſtendere suam approbationem sibi ab epiſcopo ~~de Chiappa~~ alterius dioceſis factam ep̄o loci vbi audit confeſſiones, ibi non approbatus, etiam si per bullam audiat, q2 omnis iudex debet oſtendere, priusq̄ exerceat officiū, litteras suę poteſtatis vt. no. fel. c. ~~[illegible]~~ ſciscitatus numero. 12. de reſcrip. nihilominus etiam si iſte confeſſor non oſtendat approbationem dictam, valerent confeſſiones, vide infra, verbo. diſpensatio. conceſſione. 3. — felinus.

¶ Quarta conclusio, fratres poſſunt audire confeſſiones omnium fidelium sola licentia suorū prelatorū religiosorum, nec eſt neceſſe, quòd interueniat epiſcopi licentia. Hęc conclusio probatur, quia sic conceſſit Six. 4. et Juli. 2. fratribus minimis, ut in authentico vidi in ſuo mari magno impreſſum. Et ſimiliter Clemens 7. anno. 1530. conceſſit prouinciali Sanctę crucis hiſpanolię, et per consequens omnibus aliјs prouincialibus quarumcunq̄ prouintiarum fratum mendicantium, ut probaui sup. Absolutio. 3°. in. 5. q.ᵉ et vicario prouintię, absente prouintiali, et quibus ipsi specialiter, et expreſſe cōmiſerint, ut poſſint omnes fideles pro confeſſionibus ad eos recurrentes ab omnibus peccatis, et censuris etiam sedi apoſtolicę reseruatis exceptis de cena domini absoluere non obstantibus quibuscunq̄. Sed aduerte, quod iſtę confeſſiones erūt validę in foro conſcientię tantum, nam in hoc foro dūtaxat poſſunt fratres virtute dictorum priuilegiorum confeſſiones secularium audire sine approbatione epi presentationeq̄ coram eo facta. Scire enim oportet, quòd per concilium Trident. seſſione. 23. c. 15. ablata ſunt nobis iſta priuilegia, et omnia alia, quibus

poteram9

Quarta concl°.

Notandum.

Religiosus de licentia sui prelati poteſt confeſſiones audire ſine approbatione epi.

Aduertēdum.

poteramus audire confeſsiones secularium sine licẽ-
tia, vel examine, et approbatione episcoporum. Inten-
tio enim concilij, ut ibi dicitur, fuit, ut episcopi sciret
per approbationem debitam, et per examen scientie
~~ta~~ qualitatem illorum, qui suarum ouium confeſsio-
nes erant audituri, et si inuenirentur sufficientes
cum benedictione domini, audiant, ea authoritate, et
licentia apostolica, quam habent, postea tamen anno
1566. die .13. May Pius Quintus conceſsit nobis
omnia ~~nostra~~ priuilegia, ut eis vti poſsimus etiam
quo ad derogata, et resticta per conciliũ Trident.

notandum. sed hoc in foro conscientię tantum, ut dixi supra
verbo. concilium. et sic uti poterimus supradictis pri-
uilegijs Sixti. 4. et Julij. 2. et clementis. 7. poſsi-
tis in 3.ª et 4.ª conclusione, et audire confeſsiones
omnium fidelium sine preſentatione coram episcopo,
sed hoc ut dixi in foro conscientię tantum, quia sic
redduntur nobis nostra priuilegia, et vsus eorum.
Et isti penitentes sic absoluti virtute horum priuile-
giorum a fratribus, qui episcopo non fuerunt presenta-
ti, nec ab eo habuere licentiam, sed à suis prelatis
satis faciunt precepto confeſsionis, nec tenentur illa
peccata confiteri proprio parrocho, quia sũt veré abso-
luti coram deo, et pro hoc agit. glo. extrauagantis, se-
dis apostolica. de offic. deleg. verbo. singulorum, in
fine. vbi dicit, quòd qui confitentur per literas
obtentas à Papę penitentiario, in quibus dicitur,
quòd confiteantur quibus voluerint per triennium,
quòd non tenentur confiteri illa peccata parrocho
semel in ãno, quicquid clament parrochi, quia sic
habet consuetudo: hęc glossa. et certe quando alij

Omnia consideranda.

confeſsores

confeſſores sunt noti parrocho, et sufficienter docti. R. sic deberent velle, et approbare, nam quid amplius queritur?

¶ In foro autem exteriori hujusmodi confeſſiones, si non vult parrochus pro legitime factis, et pro non confeſſis habere, de iustitię rigore bene poterit, nam illę confeſſiones non sunt factę ab exposito confeſſore in illo foro. Et hic detur remedium illi, ut confiteatur duo, vel aliqua peccata coram exposito confeſſore illorum peccatorum, quę alias dixit coram isto fratre, et petat schedulam ab eo. R.

Considerandum.

¶ Sed dices. Quid est uti priuilegio in foro conscientię tantum? R. quòd est exercere potestatem in illo priuilegio conceſſam in salutem animarum, ut valeat coram deo, et non coram Eccleſia, ut cum quis abſoluitur ab excōmunicatione per bullam, vel iubileum. cobar. pª par. relect. §. 11. numero. 6. super. c. alma de ſent. exco. Et dicit quòd illa abſolutio non prodeſt in foro iudiciali, nisi in Jubileo, vel bulla exprimatur, quia tantum concedere conſueuit Papa per hujuſmodi indulgentiam illa, quę ad purgationem animę expectant, quę dicuntur cōscientię concernere. Hęc ille. et sic Silueſt. absolut. primo. in fine. §. 2. dicit, quòd epiſcopus poteſt extra epiſcopatum absoluere ab excōmunicatione in foro conſcientię. Et sic dato, hęc absolutio fiat videntibus aliquibus, non propterea non fit in foro animę, quia sine strepitu fit, et non vt tollatur ius tertij per eam, sed ut anima illa ligata vinculis excōmunicationis sit soluta coram deo ad audienda diuina secrete, vel ubi eius excōmunicatio neſcitur, et sic modo in concilio Tridentino. seſs. 24. c. 6. conceditur epis

Declaratur, quid est uti priuilegio in foro conſcientię tãtum.

Silueſt.

Quid poteſt religioſus in foro conſcientię.

Aduerte.

absoluendi poteſtas à certis cenſuris, sed in foro conſcientiȩ tantum, et dato coram multis fiat hec abſolutio, etiã iſtȩ confeſsiones dicuntur fieri in foro conscientiȩ tãtũ, quia ab eo, ad quod actio tendit, sumit speciem, et quia hujuſmodi abſolutiones, confeſsiones, et vſus priuilegiorum ordinantur solum in bonum animȩ, ideo ex illo debent nominari, et in illo fieri, et ſic videmus, quando publicatur Jubileus non authenticatus quòd virtute illius eliguntur in confeſſores alias non expoſiti, dum ſumus tamen certi solam deeſſe authenticationẽ Jubileo, et iſti confeſſores abſoluunt à peccatis, et ab excõicatione, cõmutantq; vota, et omnes dicũt validas eſſe hujusmodi confeſsiones coram deo in foro conscientiæ tantum, sic faciunt iſti confeſſores, et hoc est vti priuilegio in foro conscientiȩ tantum, Jtaq; ~~concilium Tridentinum~~ nos fratres mendicantes, maxime indiarũ, poteramus virtute dictorum preuilegiorum confeſsiones secularium audire sine aliqua licentia epiſcoporũ, et hoc vel in foro exteriori vel in foro ~~[illegible]~~ conſciẽtiȩ, sed modo per Pium Quintum conceditur nobis vsus noſtrorum priuilegiorum in foro conscientiȩ tantum, ergo in iſto foro poterimus confeſsiones (vt dixi) audire secularium; At uero non tollitur per hujusmodi confeſsiones, et abſolutiones ius tertij, poteſt enim offensus ab iſto, petere in iuditio suum intereſſe .i. damnum quia quoad hoc non valere, dicũt, confeſsionem, et abſolutiones, eſtq; certum, vt dicit couarrub. c. alma mater de ſententia excõicat. in 6.º pri. par. Relect. §. 11. 16. et sup. absolu.º 3. dubio 5.

¶ Scito etiam, quòd aliud eſt priuilegium conceſſum in foro conſcientiȩ tantum, et aliud in foro penitentiȩ, nam id quod conceditur in primo, poteſt fieri et à sacerdotibus, et à non sacerdotibus, ut abſolutio ab excõmunicatione, vel censura in foro conscientiȩ tantum. Jd uero, quod conceditur in foro penitentiȩ, solis cõfeſſorib9

Vide de hac materia diffusiꝰ in tractatu de priuilegijs in cõmuni. ques. 6.

✝ Si ita cõtinetur in Jubileo.

Cobarrub.

Nõ eſt idẽ dicere in foro cõscientiȩ tantũ et in foro penitentiȩ. Aduerte.

ſacerdotibus conceditur, ut dicit ſilueſt. abſolutio.1°. ſil.
§.1. part.3. Et primum poteſt fieri etiam in ſacram
penitentię et extra. Nauarro.c.27.n°.41. et .S. An- Nauarro.
to.3.par.ti.24.c.77. in fine, ut ſi iudex excõmuni- S. Ant.
cauit aliquem, poteſt illum abſoluere in foro conſciẽ-
tię, ut audiat diuina. SS. vide prępoſitum ſuper cap.
pręterea el.2. de ſponsal. ubi dicit, quòd eſt triplex
forus contentioſus, pęnitentialis, et medius, ſcilicet, conſ-
cientię.
¶ Excompendio ſocietatis in cõmuni. Sine licentia
proprij parrochi poſſunt fideles confiteri fratibus
de ſocietate. Hęc Paul.3. ¶ Grego.13. conceſſit, quod
confeſſores, et prędicatores ſemel probati, et approba-
ti non indigeant alia approbatione, dummodo fiat
in oppidis, vbi non reſident epiſcopi. ¶ Nullus de + extra
ſocietate ~~ext~~ ſocietatem debet confiteri ſine expreſ-
ſa licentia. ¶ Qui confeſſionale abſq; expreſſa
licentia obtinet, ipſo facto ipſo priuatur, atq; per
decẽnium pręeminentiam, ſi quam habet in ſocieta-
te, perdit. ¶ Ex compendio indico. Ex grego.13. vſq;
ad annum.1593. quòd ſemel approbati ad confeſſiones
non indigent alia approbatione, ſed quę ſup. eſt, ſine Aduertatur hic
limitatione annorum eſt. ¶ Confiteri peccata ſua quo ſit hoc tras
alijs, quam prelatis ſuis, vel ordinis ſui fratibus cribendũ.
ſecundũ regulam, et inſtituta non poſſunt fratres
minores niſi neceſſitatis articulo. Six4 ~~tus quartus~~
in mari magno. fol.141. in fine. ¶ Hoc idem
prohibetur fratibus auguſtinienſibus in ſuo mari
magno. fol.264. conceſſione.633. ¶ Hoc idẽ pro-
hibetur fratibus prędicatoribus in ſuo mari magno
fol.236. et in cap. gene. Salmanti. anno.1551. verbo.
denunciationes, vbi dicitur. Denunciamus, renun-
tiaſſe nos omnibus priuilegijs, preſertim fratũ minorũ,

in quantum tangunt authoritatem de audiendis co-
+ fres prædicatores fessionibus fratum in preiuditium prelatorum, Sed
est aduertendum, quod quando ~~nos~~ + de licentia
prelatorum suorū ~~nostrorum~~ itinerant ~~itineramus~~, habent ~~habentus~~ pri-
uilegium interpretatum à toto ordine eiusq; prela-
tis, ut in casu, quo non habent idoneum ordinis
confessorem, quòd possint confiteri cuicunq; sacer-
doti seculari, vel regulari. Quod quidem ... fuit re-
nunciatum per dictum .c. generale salm. quia quod
fuit de licentia prelatorum non potest dici in eorum
preiuditium fieri, sed hoc priuilegium fuit impetra-
tum. Et hec licentia petita à prelatis ordinis.
vide supra. absol.^o .2. in p^o. dubio.

Con~~fiteri~~ fessiones audire.

¶ Hoc est audire confessiones tam regularium,
quam secularium, non possunt fratres predicatores
sine licentia suorum prelatorum per quecunq; priui-
legia particularia, vel generalia, modo sint ordini co-
cessa, modo ei comunicata, et sub quibuscunq; te-
noribus etiam motu proprio per sedem apostolicam in-
dultam, et reuocantur omnia, que in contrarium
possunt agere. Concessit hoc Julius .3. 17. Janua-
+ et habetur rij .1555. in priuilegijs nouis reuerendissimi gene-
ralis Stephani vsus maris Romæ impressis.

¶ Hic oportet aduertere, quòd dicte licentie,
vel priuilegia ante hoc priuilegium impetrate nō
annullantur ipso facto à Julio .3. in hoc priuilegio,
sed cū generalis Magister stephanus vsus maris,
qui impetrauit hoc priuilegium ~~anno .1555. 17. Janu-~~
reuocauerit, tūc reuocat eas papa ~~...~~
autoritate apostolica.

Unde

~~Confiteri.~~

~~arij reuocauerit, tuc reuocat eas papa Iulius Terti9~~ ~~authoritate apostolica~~. Vnde si non reuocauit dictas licentias, manent vsq; adhuc, et quia nobis nõ cõſtat, an reuocauerit, vel quas reuocauerit, pro ualidis debem9 habere, ut dicimus de nostris priuilegijs, quòd eis vti poterimus, donec constet nobis authenticę reuocatio, quia poſsidemus authentice, ergo per authenticam reuocationem, et quę sufficiens sit secundum ius ad reuocanda priuilegia authentica, debent reuocari.

~~ca[illegible] Iulij 3.~~ ~~cuius autoritate reuocauit~~

Considerandum.

¶ Scito etiam, quòd dum predictę licentię, gratię, priuilegia, quæ sunt amullanda per dictum magiſtrum ordinis, ~~sunt concessa fratribus~~ ++. Sic enim dicit litera. Ex quo patet, quòd priuilegium loquitur de licentijs particularibus factis fratibus particularibus, + impetratis per prelatos ordinjs, quonjã talia priuilegia non sunt concesſa fratibus sine consensu suorum ſuperiorum.

++ ſũt impetrata a particularib9 fratib9

+ et nõ de

¶ Item quia hęc non aduersantur vitę regulari, nec obedientię, nec infringunt eorum authoritatem, cum ipsi prelati impetrauerint fratibus, ut modo idem Stephanus impetrauit anno 1556. 9. Martij à Paulo. 4. Et nota differentiam eſse inter ea, quę Iulius 3. prohibuit in hoc priuilegio, et inter ea, quibus renuntiauit capit. gñale. salm. anno. 1551. quoniam capitul. gener. salmant. solũ renunciauit illis priujlegijs, quibus poteſtatem concedunt audiendi confeßiones fratum, et eos absoluendi à casibus in ordine reſeruatis sine licentia suorum prelatorum. Hoc enjm tangit eorum authoritatem, et eſt in preiuditium eorum. Preujlegium autem Julij 3. ad plura se extendit, dũ concedit

Pro religiosis ordinis praedicatorum notandum.

Prelatus põt anullare licẽtiam concẽßã sibi subdito, vt poßit absolui a casibus reseruatis.

~~Confessari~~

concedit, quod dictus Magister gen. Sthephanꝰ vſus maris poſsit caſsare omnes licentias tam ad hoc, ut poſsint abſolui à dictis caſibus, quàm ut poſsint audire confeſsiones regularium, vel ſecularium, retinere pecunias, vel expendere, et alias similes facultates habere ſine conſensu suorum prelatorum, vel aliquo priuilegio gaudere, quod sit obedientiæ et vitę regulari, et authoritati prelatorum contrarium, vel leſiuum.

Irritatio litterarū, quę in futurū cōcedēdę erant circa absolutionē a reſeruatis.

¶ Deinde dictus Iuliꝰ 3. in dicto priuilegio irritauit omnes licentias similes, ac diſsimiles à supradictis concedendas dictis fratribus per sedem apoſtolicam ab anno .1555. 17. Januarij absq; suorum ſuperiorum consensu, nisi manu Papę, vel de consensu cardinalis protectoris, vel uice protectoris signatę fuerint. Quod notabis pro bullis cruciatę. Et nota, an in dictis bullis veniunt derogationes sufficientes, puta non obstantibus talibus, et talibus, et alijs &c. Et nota datā bullarum, an ante hoc priuilegiū vel poſt fuit. Et si poſt, recordare bullę de motu proprio Pij Quinti. 1567. 17. Kalendas Julij, vbi iterū reuiuiſcit hoc priuilegium, quia denouo illo anno cōceditur ordini, et sic tolluntur bullę cruciatę, quę conceſsę fuerant, et non [illegible]ueniunt in motu proprio, quando conceduntur priuilegia fratum, quia bulla non ſunt priuilegia ordinum mendicantium sed cōmunia toti christianiſmo, ++ vide infra verbo, cruciata.

Valde notādum.

Considera.

Bulla cruciatę nō eſt priuilegiū, et sic non reualidatur quo ad absolutionem a reseruatis

Conſeruator.

¶ Quia non poſsumus petere conſeruatorem, nec epiſcopi suam iurisdictionem exercere nisi oſtenso priuilegio

++ Eſt consideradū, ꝙ illa, quę a Julio.3. sunt conceſsa prelato ordinis predicatorū in fauorē ordinis ad reuocandū oēs licētias, et exeptiones [illegible] religiosorū: per cōmunicationē pñt prelati aliorū ordinū vti. Et eſt preclara cōceſsio.

priuilegio, vel in ſuo originali, vel in ſuo tranſumpto authentico, non opus erit hic conceſsiones apoſtolicas ſuper hac materia fratibus mendicantibus conceſſas apponere, ſed remittere ad loca originalia vel authẽtiã.

¶ Iulius ~~ſecundus~~ .2. excõmunicat perſonas de iure capaces ad officium conſeruatoris, ſi requiſitę pro parte fratum mendicantium, officium, et conſeruationẽ nõ acceptauerint, niſi ex legitimo impedimento ſe excuſauerint. In mari magno. conceſsione. 280. fol. 126. ¶ Sixtus quart9 ibi conceſsione. 356. fol. 145. et conceſsione. 484. et. 588. ~~et 640~~. fol. 242. et 251.

¶ Nota primo quòd iſti conſeruatores poſſunt defendere fraties ab omnibus iniurijs, quę ſunt contra eius, et contra priuilegia eorum, et ſine ſtrepitu, et figura iuditij debent miniſtrare iuſtitiam, appellatione remota. Vide .S. Anto. 3. p. ti. 9. ca. 4. et Ti. 24. c. 27. Armilla. §. 4. dicit, quòd conſeruator eſt delegatus, quia materia eius ponitur in tit. delegati. dato in multis differat. Vide etiã verbo. delegatus. §. 5. et. glo. 1. de potestate delegati verbo. conſeruatores, dicit, quòd conſeruatores nõ poſſunt recuſari, quia in notorijs non admittitur recuſatio, vel appellatio, et quia conſeruator non cognoſcit niſi de notorijs, ideo non poteſt recuſari. de appellatione. c. propoſuit et. c. cum ſit. vide. c. hac conſtitutione. de poteſtate delegati. in. 6.

.S. Ant.
Armilla.
nota
Conſeruator non põt recuſari, qz in notorijs procedit.

¶ Nota ſecundo, quòd ſi conſeruatores de alijs, quam de manifeſtis iniurijs, et violentijs ſe intromiſſerint ſcienter, vel ad aliqua, quę iudicialem indaginem exigunt, ſuam extenderint poteſtatem, eo ipſo ſunt ſuſpenſi ab officio per vnum annum, et glo. dicit, quòd etiam à beneficio. Pars vero, quę hoc fieri

fieri procurauerit, incurrit in excomunicationem. c. hac constitutione. de poteſtate. deleg. 6. vide. S. Ant. 3. par. Ti. 24. c. 47.

¶ Nota. 3.º quòd gemi. c. nullus. de elect. 6. dicit, quod vicarius generalis epiſcopi, qui est quasi in dignitate epiſcopali, et abbates, priores ordinum mendicantium, et guardiani, qui superiorem in domo non habent, poſſunt eſse conſeruatores, quia sunt in dignitate secundum glo. clement. de reſcrip. Silueſt. verbo delegatus. §. 2. ꝭꝭ. non tamen poſsunt eſse iſti conseruatores deiuriſdictione vel dominio, seu diſtrictu eccleſiastico, vel temporali, illius, cui dantur pro conſeruatoribus, exceptis ~~tum~~ illis qui regnis, vel regibus dantur. Angelica. §. 1.

+ tamē

¶ Ex compendio societatis in comuni. Pius quintus concesſit, ut electi conseruatores teneantur acceptare sub pœna suspensionis ipso facto, et summo pontifici casus reseruatur.

¶ Ex compendio indico greg. 13. conceſsit quòd extra Europam in conſeruatorem aſsumi poſsit quiuis idoneus, et probus vir ſecularis, clericali caractere inſignitus, dum ~~tum~~ tamē non sit coniugatus. Idem Greg. 13. conceſsit, quòd talis conſeruator indefectu notariorum conſtituere poſsit in notarios alios clericos, vel laycos.

Conseruator pot creare notarios.

Correctio.

¶ Eſt notandum, quòd prelati ordinum mendicantium poſsunt punire, et procedere contra fratres suos rimulis, et apicibus iuris poſtpoſitis ſecūdū consuetudines approbatas, et statuta generalia suorum ordinum facta, et facienda, nec ab hujusmodi

A correctione prelatorū nulla est apellatio.

modi poſsunt aliquatenus appellare: pręquia tam in hoc deliberatione, ac maturitate debita seruatis. Hoc cōceſsit Bonifacius. 8. fratum minorum pręlatis. Vide in compendio priuilegiorum: conceſsione. 6. Et Bonifacius Nonus conceſsit pręlatis fratum prędicatorum, ut in correctione fratum iuris ordine poſt poſito secundū consuetudines approbatas, et inſtituta ordinis procedere libere, et licite poſsint, Vide in compendio priuilegiorum. conceſsione. 8.

¶ Ex his duabus conceſsionibus patet, quòd apud fratres mendicantes in eorum peccatorum correctione sufficit, quòd seruentur ea, quę sunt iuris naturalis, ut q̄ non procedatur sine accusatore, vel vicem eius gerente, ac ſine teſtibus, et quod non feratur sententia nisi in confeſſum, vel conuictum, et in ſcriptis. Prologo conſtitutionum prędica. numero. 5. Hęc enim sunt de eſſentia Iudicij, et de iure naturali. Et aduerte, quòd non dicitur in priuilegio, quòd pręlati poſsint procedere absolute poſtpoſito iuris ordine, sed addit secundum consuetudines approbatas, et inſtituta ordinis, ac ſi dicat, dato conſuetudo, et statuta sint contra iuris ordinem, nihilominus proceſsus valeat, si vero consuetudines, vel statuta ſint secundum iuris ordinem, tūc nullo modo licebit pręlatis procedere ad corrigenda peccata poſtpoſito iuris ordine. Quia priuilegium non dicit absolute, quòd poſſunt procedere poſtposito iuris ordine sed secundum conſuetudines. Et nota, quòd plus conceditur, quando dicitur, quod procedatur Iuris ordine post posito, quia rimulis, et apicibus iuris postpoſitis, quia primum eſt quasi de substantia; Secundum accidentale.

Quę ſūt de eſſentia iuditij.

quasi dicat,

¶ Nota secundo, quod Leo Decimꝰ conceſsit, quòd quando aliquem fratem ordinis fratū minorum, causa correctionis, vel absolutionis oportet verberare,

poſsūt

poſſunt prelati dicti ordinis, et eorum cōmiſſarij, manu vicarij, vel alterius cujus libet fratris subditi, eum verberare, non obstante. c. vniuersitatis. de ſēt. ex co. Vide in compendio priuilegiorum. cōceſſ. 17.

Verberare fratres poſſūt prelati per se, vel per alium.

Corporalia.

C Corporalia quis poteſt in ordine fratrum mēdicantium benedicere, habes sup. verb. bndicere. Fratres clerici, et laici poſſunt tangere calices, et corporalia cum reuerentia, sic conceſſit Sixtus Quartus. Idem conceſſit omnibus monialibus .s. Clare ac ſororibus tertij ordinis fratrum minorum. Dummodo ſint prius lota à fratribus. conceſſione .3. in compendio priuilegiorum. Ex quo apparet, quòd poſſunt lauare corporalia fratres layci.

Cruciata.

\+ cōfeſsiones audire

V Vide sup. abſolutio. secūdo. et verbū. ~~cōfiteri~~. +

S Scito tamen, quòd fratres mendicantes nō poſſunt accipere bullam cruciate sine licentia suorum prelatorum, ut habes in compendio priuilegiorum, verb. cruciata, nec illa uti poſſunt sine licentia dicta, sic prohibetur ibi per Inno. 8. et Leo. 10. ~~decimo~~. Nec obstat, quòd bulla concedit, ut poſſint eam accipere omnes fideles, quia non expreſſantur religiosi, immo ibi in bullis, que ad has terras peruenerunt, que etiam eedē in Hispania prius promulgate fuerant, dicitur, quòd non suspenduntur preuilegia prelatorum ordinū mendicantium, quo ad subditos ſuos, quinimo vult Papa, illa in suo robore permanere. Sed priuilegia iſta conceſſerunt prelatis dictis, quod poſſent reſeruare casus inter religiosos, à quibus nullus poſſit eos abſoluere ſine licentia ſuorū prelatorum, et quòd si cōtra fiat, absolutis

A caſibꝰ reſeruatis nō pñt frēs abſolui per cruciatā.

absolutis nihil valeat, et quod absoluentes incidat in pœnas, in quas incidunt absoluentes à casibus reseruatis. Hoc habetur in compendio priuilegioru. absolutio ordinaria quo ad fratres. concessione 13. sic decreuit, et declarauit, Alexand. Quart9. ergo nec religiosi bullam accipere sine licentia suorum prelatorum possunt, nec illa vti, si sic acceperint, et similiter habetur, et infertur, quòd non tolluntur priuilegia prelatorum ~~nostrorum~~ quo ad fratres suos, nec similiter possunt fratres sine licentia eoru absolui, quia remanent sicut antequam bulla promulgaretur, quia sic volunt Summi pontifices. Si vero de licentia legitimi prelati, bullam accipiunt, secus est dicendum. Si datur licetia quo ad reseruata ~~Vide supra in verbo, bulla.~~ Et modo, per Grego. 13. datum est fratribus societatis, ut null9 à casibus reseruatis, per bullam possit absolui sine licentia sui prelati. +++

Nullus religiosus per bullam cruciate pôt absolui a reseruatis.

+++ Et deseruit medicatibus propter comunicationē. Et hoc non intelligas odiosū, sed fauorabile, q2 ad bonū religionis in cōmuni est.

¶ Anno.1533. frater Antonius ortiz ordinis minorum habuit à Paulo.3. quòd fratres minores nostrum sine pecunia seu Eleemosina pro acquirenda bulla, possit lucrari omnes indulgentias, et gratias in bulla contentas, dicendo sacerdotes duas missas, clerici bis ps penitentiales, Laici ducenta pater noster. et ducenta Aue maria. pro intentione, pro qua concedìtur bulla, hac gratia per comunicationem fruuntur omnes mendicantes.

Cruciatæ gratias lucrantur mendicantes absq3 eo, q eā recipiāt.

Debita.

¶ Debita incerta illorum, qui ordinem fratrum predicatorum infrant, possunt priores, in pios vsus in locis sibi comissis conuertere. Vide in autentico, in priuilegijs, que imprimere fecit R.mus Generalis

ralis Stephanus vsus maris pagina. 38. Et scito quòd confeſſor non poterat hęc facere, quia eſt casus epi reseruatus. glo. c. 2. de penitentia in 6. et. c. cũ ſit. de Judeis. Et Panor. numero. 4. vide supra. verbo. cõpositio.

Decimæ.

¶ Frates mendicantes eximuntur per Pium Quintum Anno. 1567. in motu proprio à decimarum ſolutione, et domus illorum, beneficia, poſseſiones, vineę, agri, prata, et alia quęcumq;, tam ad ipsos quàm ad monjales pertinentia à quibuscunq; decimis, primitijs, quartis, subſidijs, charitatiujs, authoritate apostolica omnjno liberantur. Authenticum, in motu proprio. pagina. 17.

¶ Nota primo, quòd quando priuilegium de non soluendis decimis conceditur solum personis fratrium, eorum poseſsiones, si ab alijs conducantur, et eorum expensis cultiuentur, debent decimas soluere, secus si ab ipsis fratribus colantur. Si uero dictum priuilegium conceditur terris. i. quòd terra, vel vinea, vel prata. &c. non soluant decimas, tunc coloni dictarum terrarum non tenentur soluere decimas de eis, quia fructus capiuntur de terra priuilegiata, hęc glo. Clem. 1ª. de decimis, Et Panor. c. ex parte. de decimis. numero. 4. Et Bonifacius. 8. conceſsit monjalibus Sanctę Clarę, vt non soluerent decimas, dequibuſcunq; poſseſionibus, et omnjbus alijs bonjs, quę habuerint. Vt habetur in compendio priuilegiorum, concesſione. 4. vbi ex illo verbo (quę habuerint) eximuntur non solum quę habebant tempore datę, sed quę post habuerint et habebunt. Et nos fratres mendicantes gaudemus priuilegijs

Nõ debẽt religiosi decimas, nec coloni, qui eorũ agros colũt.

cõceſsis

conceſſis, et concedendis monialibus, Sanctę Claræ, ut patet in compendio priuilegiorum. verbo. cõmunic°. preuilegiorum.

¶ Nota secundo, quòd fratres mendicantes omittẽtes facere conscientiam de decimis, non cadunt in excõmunicationem, sinon fuerint requisiti à parrocho, +++ et dicit, quod tunc sufficit dicere, facio tibi cõſciẽtiam, et inducere peccatores, in quantum poteſt ad soluendum: non tamen propter hoc retineat abſolutionem. Vide in compendio priuilegiorum, conceſſione 2. infra, verbo. exemptio. ubi ponitur proprius mot° Pij Quinti, et idem dicitur modo conceſsum per Greg. 13. patribus societatis, et ordini prędicatorum per litteras miſsas a curia Romana. +++

Et incuria apud auditores rote sic diffinitũ eſt pro patribus societatis. Et litterę exacutoriares sũt mexici apud prędicatores, et apud Societatis patres.

Declarare.

¶ Generales, vel prouinciales, vel custodes ordinis fratrum minorum, cum consilio patrum aliquorum, si res magnę importãtię eſset, poſsunt authoritate ſuę sanctitatis determinare in scrupulis, & rebus huiuſmodi, ac quod eorum determinationi subditi ſecura conſcientia poſsint, et debeãt ſtare. lege in compendio priuilegiorum. conceſs. 4.

¶ Nota primo, quòd istę res, circa quas dubia surgere debent, sunt de iure positiuo, ut quando surgit dubium, an talis frater, incidit in excõmunicationem, vel irregularitatem, et in alia, quę ſunt de iure poſitiuo, ut fr. scrupulosus, qui vix, et nõ sine magno labore potest soluere officium diuinũ. Siluest. ¶ Vide Silueſt. Verb. impoſsibile, ubi dicit, quod impoſsibile dicitur, quod licet fieri quidem poteſt,

sed

ſed cum difficultate, vt quod claudus velociter cur=
rat. Et verb. facere dicit, quòd legiſlator non inten=
dit ſuo præcepto exigere ab homine totum, quod
potest cõmode. ~~Hæc ille, quia iucũdum suaue eſt,~~ Et
hoc intellige in his, quæ de ſe non ſunt mala, ſed
quia præcepta ſunt iure humano, et certe eſt hoc val=
de consolatorium pro timoratis conſcientijs quotidie
tormenta patientibus, an inciderunt in talem, vel ta=
lem censuram, et quòd declarantibus prælatis de=
bent iſti ſubditi ſtare, quod Papa declarat.

¶ Iulius ſecund9, anno. 1509. 14. Decembris conceſ=
ſit R.mo Caietano Magiſtro ordinis prædicatorũ,
et omnibus eius ſucceſſoribus, ut in conſtitutionibus
dicti ordinis, et circa priuilegia, indulta, gratias,
exemptiones ab ipsa sede apostolica dicto ordini cõ=
ceſſa, vel concedenda, quando aliqua ambiguitas
emerſerit, poſſint authoritate apostolica declarare
quo ad ſerenitatem illarum conſcientiarum, quæ dic=
to magiſtro ſubditæ fuerint, non obſtantibus quib9
cunq3 contentis in priuilegijs nouis R.mi generalis
Sthephani vsus maris. Fol. 173.

Conceſſa, vel cõcedenda.

¶ Nota primo, quòd prouinciales non poſſunt
uti, nec gaudent hoc priuilegio quia conceſſũ eſt
generali, et cõmunicatio priuilegiorum data eſt re=
ſpectiue. i. id quod conceditur generali vnius or=
dinis, gaudent ſolum generales aliorum ordi=
num, et quod conceditur prouinciali, gaudent
prouinciales aliorum ordinum, vt dixi ſupra.
verb. cõmun.o priuilegiorũ; At vero prouinciales
ſancti Jacobi de Mexico ordinis prædicatorum
ſine dubio gaudent hoc priuilegio, quia Paul. 3.
anno

Prouinciales ordinũ mẽdicantium hñt in indijs, vt poſsint declarare dubia, que mergũt circa priuilegia. §

anno.1542. eis omnia priuilegia concessa et con-
cedenda generalibus tam dicti ordinis, quàm ali-
orum concessit, ergo concessit hoc priuilegium Iulij
secundi, et quòd prouinciales ordinum mendicātiū
indiarum gaudent etiam priuilegijs Pauli.3. et
Iulij secundi ex eo patet, quia Adrianus sextus
anno.1522. concessit eis omnia priuilegia concessa,
et concedenda fratibus mendicantibus in Indijs per
sedem apostolicam. Prouinciales autem Europe
vel Asie, vel ~~Affrice~~ Africæ, non gaudent eis, quia
non militat apud eos ratio, et causa propter
quam Adrianus sextus concessit suum priui-
legium. SS.

¶ Aliud priuilegiū concessit Clemens septim⁹
anno.1533. Vicario generali prouintie de Me-
xico ordinis predicatorum. At uero quia copiosio-
sius est Iulij secūdi, non appono hic.

¶ Fenarius Magister ordinis predicatorum anno.1536.
concessit capᵒ prouinciali de Mexico ordinis predica-
torum, vt possit declarare literas suas, ut dixi supra.
capitula prouincialia. concessione ~~quarta~~.4.

¶ Ex quibus constat, quomodo prouinciales indiarū
ordinum fratum mendicantium, possunt declarare
dubia, que occurrere possunt, tam circa constitutiones,
quàm circa priuilegia, et sic non opus est, recurre-
re ad magistum ordinis, vt cum magno labore, et
aliquando sine fructu recurritur, maxime quia
Adrianus.6. concessit dictis prouincialibus, quòd
ex eo, quod difficile est, hinc ad ~~magistum~~ generalē ordinis re-
currere in casibus ei pertinentibus, concedit dictis p-
uincialibus in his terris, habeant in vtroq; foro, su-
per fratres sibi cōmissos, omnem authoritatem, quā

Omnia que possūt gene-
rales possūt in Indijs
prouinciales circa si-
bi subditos ex priuile-
gio Adriani sexti.

habet ~~magister~~ generalis ordinis, ita tamen quod ipse generalis poſsit prefatam authoritatem limitare prout sibi visum fuerit. Et vltra hoc concedit eis, omnimodam eius authoritatem, in vtroq; foro superstates, ad opus indorum deputatos, pro quo vide. supra. absolut°. 3. questi: 6.

Prouincialis autoritas in nouo orbe tanta est, quanta generalis.

¶ Quapropter prouinciales indiarum sciant, in quibus casibus oportet recurrere ad generaliſsimum ordinis pro dispensatione, vel declaratione, et habito consilio cum viris doctis, et expertis dispensent, et declarent ipsi, quia Papa sic eis concedit. Et aduerte, quod non limitatiue hoc concedit Adria. 6. puta, quod habeant prouinciales indiarum authoritatem, quam habet ~~magister~~ generalis ordinis iure ordinario, sed dicit, quod habeant omnem authoritatem, quam minister generalis ordinis habere dignoscitur. Ergo si digno=scitur habere talem authoritatem iure priuilegiorum, habebunt prouinciales indiarum eandem. Probatur, quia iam haberet generalis ordinis aliquam potestatem, quam non concederet Adrianus sext⁹, quod quidem est contra sua verba, que dicunt quod habeant omnem authoritatem, quam habet ~~magister~~ generalis ordinis, ergo nil excludit, quia omne dixit. Arg.^m c. solite de maior. ℞. et sic prouinciales (ut dixi) cum viderint expedire dispensent super constitutiones, vel super priuilegia ordini concesſa, quando generalis ordinis non poſsit dispensare, nisi cognita causa. glos. c. de electio. c. impugnant. in. 6. Nam multo melius hic poterit cognoscere prouintialis de hoc, quam per relationem verborum ~~magister~~ generalis ordinis in Italia. ℞.

Dispensare.

Pro hac materia sunt videnda ea, que diximus.

Dispensare.

supra verbo declarare. Ex quibus constat, ~~ubi probatur~~ prouinciales indiarum poſse dispensare.

¶ Et scito, quod tria sunt hic tractanda. Primũ, super quibus poſsunt dispensare prelati in ordine cũ fratribus. ¶ ~~Secundum~~ 2, super quibus poſsunt confeſsores dispensare cum fratribus eiusdem ordinis.

¶ ~~Tertium~~ 3, super quibus poſsunt etiam prelati et religiosi confeſsarij cum secularibus.

¶ Quo ad primum, sit prima concl°. Magister ordinis, prouincialis, priores conuentuales, ac suorũ vicẽgerentes in conuentibus poſsunt dispensare cũ fratrib⁹ sibi cõmiſsis, nec non cum fratribus sui ordinis ad eos declinantibus, vndecunq; in irregularitate, si irregularitatem, anteq̃ ordinem vel postquam intrauerint, incurrerunt, ex eo quod excõmunicati, vel suspensi, vel interdicti celebrarũt, aut in locis interdicto suppositis diuina officia celebrauerint, vel si sic ligati ordines suscepere. ~~&c~~. Et dicti prelati gaudent hoc priuilegio. Poteſt enim confeſsor, quem elegerint, cũ eis in predictis dispensare. Vide authenticum in mari magno predicatorum. fol. 236. per Sixtũ ~~quartum~~ 4. conceſsum. ¶ In compendio priuilegiorum verb. absol°. ordin. quo ad fratres conceſsi ~~one septima~~ 7.

Pr.ª concl°.

Dispensatio in irregularitate.

++ susceperũt. Vel si diacon⁹ baptizauit cũ solẽnitate absq; necesſitate, q̃ eſt irregularis, q̃n eſt presbiter, qui baptizet. Nauar. in manu. c. 22. nu. 6. et Sil. baptismus Soto. in. 4. dis. 4. q. vni. ar. 1. 2.

¶ Nota primo, quoniam hoc est singulare, datur enim poteſtas dictis prelatis supra fratres sibi non subditos ad dispensandum, sed non nisi supra irregularitatem, que prouenit ex peccato, puta, quod excõmunicati celebrarunt vel ordines ++ ~~susceperunt~~.

¶ Nota ~~secundo~~ 2. quod supprior gaudet hoc priuilegio sede prioratus vacante, et etiam absente priore, quia tũc gerit vices prioris, cũ regat ſuum conuentum, ut supra absolutio. 1. conclusione ~~secunda~~. 2.

Supprior quando potest que prior.

¶ Nota 3. quòd nullibi reperitur, quòd prouinciales
poſsunt dispensare cum fratibus alterius prouintiæ,
neq; prior conuentualis poſsit similiter dispenſare
cum fratibus alterius conuentus super irregularita-
te contracta, ratione homicidij caſualis, quia coceſsio-
nes, quę inueniuntur super dispensatione ab irre-
gularitate, loquuntur solum cum proprijs fratib;
et non cum fratibus, ad eos declinantibus, nisi in ca-
su hic posito, ſcl;, quando excomunicatus celebra-
uit. ss. Hic autem alterius qualitatis est. Vi-
de infra verbo. dispensare. 7. conclu.

Obiectio. ¶ Et si opponas, quòd secundum comunem opi-
nionem iuriſtarum, ut citat Couarrub. supra capm.
alma mater. in prima parte relectionis. §. 11. numero
15. quando Papa conceſsit quòd poſsint absoluere per-
cusorem clerici in quibusdam casibus, ut cap. quā-
uis. de sonia excoi. patet, ex hac met declaratio-
ne, et conceſsione ijs caſibus concurrentibus, datur
similis licentia in alijs excomunicationibus, qua-
rum absolutio similiter Papę reſeruatur, ut etiā
dicit Panor. c. de cętero de sententia. excoica. c.
.i. et Innocent. Ergo, idem venit dicendum, quòd
conceſsa dispensatione super irregularitate contra-
cta, quia fr. excoicatus celebrauit: conceditur et
dispensatio super irregularitate ex homicidio ca-
suali, cum sit eius dispensatio Papę reseruata.

Solutio. ¶ Ad hanc obiectionem respondeo, quod hęc opi-
nio et theorica iuristarum non agit ad rem, quia
tractat de extensione facultatis conceſsę iuri co-
muni, Ego autem loquor in preſenti de extenſi-
one priuilegij extra, vel contra ius dati, quod non
debet

debet extendi vltra ea, quę concedit expreſse, pro quo agit. c. 1. et. 2. de filijs presbi. 6. quia omnis receſsus à iure cōmuni eſt odioſus, et reſtringendus.

¶ Secunda concluſio. Priores conuentuales, guardiani, et per consequens prouintiales, et generales ordinum mendicantium, poſsunt dispensare cum fratibus suis sibi subiectis super irregularitatē omnes, etiam in illis casibus quorum sibi vicem reſeruat Papa in morte. ſ. et in membrorum truncatione, et enormi sanguinis effusione, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, et hoc propter scandalum. Hoc conceſsit Martinus ~~quintus~~ priori Sancti Benedicti Vallisoleti in foro coſcientię. In compendio priuilegiorum, 2ę. impreſsionis verb. abſolo. ordinaria quo ad fratres. conceſs. 40. et habetur sub sigillo authentico Vallisoleti.

¶ Nota. 1. quòd hac conceſsione vsi ſunt ~~patres~~ fratres predicatores in primo capitulo prouintiali celebrato in Quatimala. anno. 1553.

¶ Nota. 2. quòd hoc priuilegium non se extendit, ad diſpensandum cum bigamo, quia bigamia eſt grauior cęteris irregularitatibus ad dispensandum, de quo aduertit author compendij priuilegiorum vbi supra.

¶ Nota. 3. quod non incurritur irregularitas propter enormen solam ſanguinis effusionem, etiā si multis vulneribus operata fuerit secundū Nauarro. c. 27. numero. 221. in fine, nisi sequatur mors, vel membri mutilatio, et quia quando hoc modo contracta eſt hujusmodi irregularitas, eſt difficilior addispenſandū, et ob hoc Papa hic exprimit enormē sanguinis effusionem.

Marginal notes: [illegible] — Bigamiæ irregularitas [struck] cæteris grauior. — Nauarro. — Nota.

¶ Nota 4. quod supprior conuentus mortuo priore non poteſt hoc priuilegio gaudere, quia cōceditur priori, et non ſuppriori, et supprior non succedit priori sede prioratus vacante, nisi in his, quę habet prior iure ordinis, non in his, quę habet iure speciali; ut dicimus in c. sede vacante, quod non succedit episcopus, nisi in his, quę ad ipsum pertinent iure cōmuni, non autem iure particulari, ut notat Panor. .c. verum. de foro comp. numero .9. et .c. scriptum de elect. numero. 12.

Panor.

Nota.

¶ Tamen contrarium videtur tenendum, quia nō dignitati, sed officio conceditur hoc priuilegiū in fauorem animarum. ¶ Item quia hoc priuilegium non conceditur, abbati, sed priori conuentus, qui eſt subditus abbati in ordine sancti benedicti, ergo quare non ſuppriori sede vacante? vide ✝ ℣. absolo. primo. conceſsione .3. in fine.

✝ ſupra

¶ Nota .5. quod hujusmodi peccatum propter quod incurritur dicta irregularitas, non debet eſse notorium, alias non valeret diſpensatio virtute hujus priuilegij facta, quia non seruatur forma reſcripti .c. fin de prebendis et .c. prudentiū de officio. deleg. et dicitur notorium, quia ſunt tot coniecturae quod tergiverſationi locus non eſt, ut ~~non~~ notat Panor. .c. de cohabita. cleri. numero .7. et Angelus verb. concubinarius, ~~[illegible]~~, tunc eſse notoriū, quando nullam habet tergiuersationem, et dubietatem. Aduerte, quod dicit priuilegium, quod propter scandalum non debet fieri, quod ſequitur, quando eſt ibi notorium. Ex quo ſequitur, et patet, quod ſi alibi nil scitur, poteſt fieri dispensatio, quia ibi non est ſcādalum.

Quid ſit notoriū.

Angel.

Panor.

Valde notādum.

¶ Tertia con~~clusio~~, magister ordinis, prouinciales,

3.ª concl°.

priores conuentuales, ac eorum vicarij ordinis prędicatorum, ac per communicatione fratrũ mendicantiũ poſsunt dispensare cum fratribus, defectũ nataliũ ex adulterio, sacrilegio, incestu, et quovis alio nephario, et illicito coitu, prouenientem, patientibus. Et quod sic dispensati ad quascunq; administrationes, et officia eligi, et recipi, et aſsumi, illaq; ~~licite~~ gerere libere, et licite valeant. Et hoc conceſsit Sixt⁹ 4⁹ dictis prelatis ordinis predicatorum. Vide in compendio priuilegiorum, conceſsione ~~decima tertia~~ 13.

¶ Nota. 1. quod author compendij in fine huius conceſsionis aduertit, quod ut aſserunt patres ordinis prędicatorum, vicarij conuentuum vel suppriores nunquam habuere in vsu, uti hac facultate, sine speciali commiſsione, nisi mortuo priore, vel amoto. At uero supra dixi de hoc. abſol°. 1. conceſsi. 2.

¶ Et ad vsum in contrarium. R° quod non propterea derogatum est huic priuilegio, quia modo de nouo nobis conceſsit Pius Quintus anno. 1567. in motu proprio in fine, et sic reuiuiſcit.

¶ Nota. 2. quod dato, iste frater dispensandus patiatur defectum natalium, quia simul in eo inuenitur, quod ex adulterio, et incestu, et sacrilegio genitus sit, ut si parentes eius eſsent coniugati, et consanguinei, et votum religionis, vel castitatis habentes, vel pater eſset sacerdos secularis, vel regularis, vel mater monialis, nihilominus prędicti prelati, poſsunt cũ eo diſpenſare, quia priuilegiũ copulatiue omnia supra dicta concedit.

¶ Item est regula, quod in materia fauorabili, et larga, ut in hac materia sub simplici veniũt etiã mixta, ut ~~in~~ dicit Panor. c. fin. de simon. numero. 35. Et quia hec regula declarata fuit supra verb. bap-

Nauarro.

tizare. conceſs. 2. vide ibi. ¶ Et eſt notandum quod Nauarro. c. fin. decimo. numero. 23. dicit, quod poteſtas diſpensandi large eſt interpretanda, quia eſt beneficium principis. Quando autem poteſtas diſpē-sandi conceditur expreſsis nominibus personarum, dispenſandarum: tunc dicunt iuriſte, quod debet stricte ~~interpretari~~, quia tūc tantū eſt, ac ſi cū eis diſpenſaretur, quod eſt stricti iuris c. 2. de filijs preſbiterorum. 6. et quia in hoc priuilegio, non ex preſsatur nomen, ideo eſt large interpretandum.

Diſpēsatio large intepretāda, qn̄ non exprimitur persona.

Quarta concl°.

¶ Quarta concluſio, magister ordinis predicato-rum, prouinciales, priores conuentuales, et eorū vicem gerentes poſsunt dispensare cum nouitijs, qui in ſeculo inciderunt in irregularitatem, eo quod ex-comunicati, suspensi, vel interdicti, aut in locis in-terdictis diuina celebrarunt, vel ordines suſceperūt, dato à iudice generaliter fuerit data, et lata vel a iure dicta cenſura: ita tamen quod si ex huiusmodi sententijs propter debita sūt stricti, ſatiſfaciant. Hoc conceſsit Sixtus ~~quartus~~ 4. ordini predicatorum. ~~et lege~~ Vide. in mari magno. fol. 256. conceſsione 550. §.

¶ Nota primo, quod hoc priuilegium eſt singu-lare, quia concedit dispensare cum noujtijs in irre-gularitate dicta. Sed aduerte, quod si particu-lariter fuiſsent iſti nouitij excōmunicati, suspen-si vel interdicti à iudice, et deinde celebraſset diuina, quod non poſsent prefati prelati cū eis diſ-penſare virtute hujus conceſsionis, ubi dicitur dato à iudice generaliter lata censura fuiſsett. .ſ. ~~ff~~. quando generaliter iudex feit sententiam,

et cēsurā

et censuram vt docet Nauarro. c. 17. numero. 42. puta dicendo, excōmunico, vel suspendo, vel interdico tale facientes. At uero quando iudex excōmunicauit, vel suspendit, vel interdixit in particulari Petrum, quia tale fecit, tunc strictioris vinculi est hec censura, non enim potest nisi ipse absoluere. Secus si illam generaliter tulisset, et nulli reseruasset eius absolutionem, quia tunc quilibet cōfessarius, qui potest absoluere à peccatis mortalibus, potest et ab hac, ut dicit Nauarro, vbi supra. Et dato nos per nostra preuilegia possimus absoluere à censura iudicis particulariter lata, vt dixi supra. absolutio. 1. in fine. 2. conclu. hoc prouenit, quia cōceditur nobis absolutio, à maiori vinculo excōmunicationis, & concesso maiori, conceditur minus, quādo in maiori includitur, sed in dispensatione cum nouitijs non conceditur prelatis, nisi in hac specie solum irregularitatis, et ideo non extendo, nisi vt sonat priuilegium, quod clare dicit à censura iudicis generaliter data, ubi non cadit dubium, ut interpretari possimus large in preiudiciū concedentis, vt dixi sup. absolutio. 1. concessi~~one tertia~~ 3.

¶ His tamen non obstantibus poterunt predicti prelati cum dictis nouitijs in casu posito dispensare virtute cuiusdam concessionis Sixti ~~quarti~~, vt habetur in comp~~endio~~ priui~~legiorum~~ verb. absolº. extra~~or~~ordinaria quo ad fratres, concessione. 5. concedit enim nouitijs, ut per cōfessionem post ingressum ordinis possint dispensare cum eis in omnibus irregularitatibus (Homicidio voluntario et mutilatione membri exceptis) et quia Papa concedit dispensationem ab omnibus irregularitatibus, cum exceptione

homicidij

homicidij voluntarij, et menbri mutilatione, firmauit regulam in contrarium. Sed cum duabus limitationib9, intellige hanc conceſsionem 4. Prima, quod nouitij debent habere propositum profitendi. 2ª. quod si ante profeſsionem exeunt, sic dispensati, iterum reincidunt, quia ratione, ut poſsint poſt ingreſsum religionis confiteri, conceditur, quod tenet Siluest. absolº. 5. §. 9. quia ipso iure videtur inclusa conditio. .s. ~~fcs~~, si perseuerauerit. & author compendij. verb. absolº. ordinª. quo ad fres, conceſsione 4. dicit sic declasse Clementem ~~Quartum~~ 4. vide supra. absolu. 3. in conclusione ~~siosione~~. 6.

Quinta conclº.

¶ Quinta concluſio. Prelati congregationis ordinis sancti Benedicti ex conceſsione Eugenij. 4ⁱ. ut habetur in compendio priuilegiorum impreſsionis 2ᵉ. verb. dispensare, et per comunicationem prelati ordin. fr. mendicant. poſsunt recipere personas volentes eorum congregationi sotiari (Dato, religionem, locum, & ordinem arctiorem vouiſsent, tali voto non obstante) ad probationem, profeſsionemq; admittere, easq; ab ipso voto absoluere authoritate apoſtolica, et etiam cum eis dispensare, dummodo in tali religione, vel ordine, de quo vouiſsent, profeſsionem non emiſserint. Si tamen ante profeſsionem emiſsam, ab ipsa congregatione receſserint, hujusmodi dispensatio nulla sit.

Diſpẽsare cũ illis, qui arctiorẽ religionẽ vouerũt, ut poſsint laxiorẽ ingredi.

¶ Nota primo, quòd hec conceſsio eſt magni eſtimanda, quando concedit ut poſsimus dispensare cũ illo, quj habens votum intrandi in Charthuſiam venit ad ordinem ~~nostrum~~ mendicãtium. At vero semper requirit² causa rationabilis ad intrandum ordinem, quia Papa non poteſt dispensare, ut religiosus ſine causa

luntur per verba generalia .ſ. non obſtantibus quibuſcumque. gemi. c. vt officium. de here. 6. §. denique. dicit ſufficere non obſtantia generalia, quando obſtacula tolluntur per uiam legis, Secus tamen videtur, ſi per uiam reſcripti. De quo vide. de reſcrip. c. ſi propter. Nihilominus tamen dicit Silueſt. quod ſemper debemus conſiderare primi et ſecūdi tenorem, et ſecundum eorum vim iudicare, vel ~~per~~ pro priuilegio, vel pro reuocatione. Vide Panor. c. cum inſtantia. de cenſibus.

Panor.

¶ Ex quo patet, quod non debemus putare, priuilegia eſſe immutabilia, et quando frater allegat ſe habere bullam cruciatę, debent inſpici eius clauſulę, an derogetur noſtris priuilegijs per eas, et an poſt datam dictę bullę cruciatę iterum priuilegia fuerint confirmata, et de nouo conceſſa, quoniam tunc non prodeſt dicta bulla, quia ei derogatur per talem confirmationem. Vide ſupra. verbo. confiteri.

Nota pro illis, qui per bullā cruciatæ putānt poſſe abſolui a reſeruatis.

¶ Pius ~~Quintus~~ anno. 1571. ſuo proprio motu, et ex certa ſcientia, et de plenitudine poteſtatis, ſub ſententia excōmunicationis ipſo facto incurrenda interdixit omnibus iudicibus ſecularibus in partibus indiarum, quod non ſe intromittant, in cauſis, et negotijs cōcernentibus religioſos, nec faciant libellos, proceſſus, ſeu informationes contra fratres, et quod non ſe intromittant directe vel indirecte, quovis quęſito colore in cauſis concernentibus, et ad religioſos pertinentibus. ~~Vidi ego F. Alfonſus à Vera cruce, apud epiſcopum de Tucamā. F. Hieronimum de Albornoz ex ordine minorum aſſumpto, in curia regia Madriti. Eſto ſe guarda mal, con auer proueido~~ Hoc ſeruatur malé, licét etiā regia ~~...~~ dnj Philipi mageſtas per ſua ædicta hoc idē præceperit.

Q. iudices ſeculares non ſe intromittāt in cauſis religioſorum.

~~hāc cōceſſionē~~

Et quod

~~Exemptio~~

~~la mag.^t real de Don Philipe cedula para que no se hagan informationes~~, Et quod dolendum est illis, qui velut protectores sunt in nouo orbe, ipsi sunt preuaricatores ~~quouis~~ (neſcio an iusto) colore.

¶Paul⁹ ~~Tertius~~ 3. anno. 1546. motu proprio, et certa ſcientia mandat, quòd si aliquis religiosus habeat literas exemptionis à Papa, vel ab aliquo superiori, poſsit prelatus de literis cognoſcere, et defectum subrectionis, vel obreptionis, aut intentionis concedentis iudicare.

¶Paulus ~~Quartus~~ 4. anno. 1555. reuocauit, et penit⁹ anullauit omnes exemptiones quorumq; religiosorum, quas haberent in exemptione à ſuis prelatis, et decreuit, quòd literę exemptionis sint nullius roboris, nisi manu propria pontificis fuerint signatę, et de consensu cardinalis protectoris ordinis, cuius religiosus est profesus.

¶Idem Paulus ~~Quartus~~ viuę uocis oraculo, ut atteſtatur cardinalis Alexandrinus, qui post fuit electus Papa Pius ~~Quintus~~ 5. reuocauit pro nouo orbe omnes literas exemptionis religioſorum habitu retento, vel non retento, et non solum literas conceſsas, sed concedendas. anno. 1558.

¶Pius ~~Quint⁹~~ viuę vocis oraculo reuocauit omnia priuilegia, et exemptiones quomodocunq; conceſsa ordinibus, militiis, hospitalibus recipiendi religioſos alterius ordinis profeſsos.

¶Idem pręcepit omnibus prelatis cuiuſcumq; ſint ordinis, et dignitatis sub pena amiſsionis officii, quod remittant + ad ordinem, ex quo translati, et si prelati fuerint negligentes, ordinarii faciant. anno. 1569. ..

Exemptio fratu ab ordine.

Prelatus religiosi pot cognoscere de litteris, quas habet subditus a papa.

Paul⁹ quart⁹.

Non sunt recipiedi religiosi professi alterius ordinis.

+ predictos fres exemptos

~~Nemo~~ famili

FAMILIARES.

¶ ~~Nemo dubitare debet, quòd pro~~ Pro intelligentia priuilegiorum, quę in hac materia cōceſſa sunt, erit neceſſarium scire, qui sunt familiares. Silueſ. verb. familiares, et glo. 3. q. 5. quod vero. tractant hoc, et dicunt, quòd omnes, qui tractant cum aliquo, dicūtur largè familiares. glo. c. in literis. de teſt. verb. familia. dicit, quòd familiares appellantur cōsāguinei, colloni, ac scriptitij, mercenarij, filius, in poteſtate libertus ſeruus, et ōnes habitantes in domo. Hęc glo. Panor. ibi numero 5. dicit, quòd verbū familiaris est magis latum, quàm verbum domesticus.

Siluest.

Panor.

¶ Clemens ~~Quartus~~ 4. et Sixtus ~~Quartus~~ 4. conceſſerunt fratribus minoribus, ut ijs, qui in eorum morantur obsequijs, ~~iuncta~~ miniſtrare libere poſſit sacramenta. In mari magno fo. 140. conceſſione 315.

¶ Martinus ~~Quintus~~ 5. conceſſit monachis S. Benedicti obseruantię Hispanię, ~~et~~ familiaribus ſuis laycis regularibus, et secularibus ~~tā~~ extra sepfa ~~monasterij~~ suorum monasteriorum commorantium, quàm intra, poſsint ministrare sacramenta eccleſiaſtica, quoties fuerit oportunum. In compen. priuile. 2. impreſſionis conceſſione. 10.

¶ Nota primo circa has conceſſiones decretum concilij Tridentini seſſione. 23. c. 15. vbi statuitur, nullū poſſe confeſſiones secularium audire, etiam regularem, nisi approbatus fuerit ab episcopo. &c. non obstātibus suis priuilegijs. Notandum eſt etiam, quod dixi sup. confeſſor. 4. concl. &c. per quod derogatum fuit concilio Trident.

¶ Nota secundo, quòd fratres mendicantes virtute dictorum priuilegiorum poterūt extremam vnctionem, &

et eucharistiam predictis familiaribus administrare et die dominico resurrectionis, quia priuilegia prefata absolute, et sine limitatione concedunt posse ministrare sacramenta familiaribus, quoties opportunum duxerint, cum ergo nos ante priuilegia Martini ~~quinti~~ 5 poteramus sacramenta dicta dare excepto die resurrectionis, et postea Marti. ~~quint~~ 5 absolute concessit, vt possimus administrare, oportet quod operetur hoc priuilegium aliquid secundum. c. in his. de priuilegijs, quod quidem non operaretur, nisi extenderemus ad diem resurrectionis, vt dixi.

Priuilegiū semper debet aliquid operari.

¶ Alexand. ~~Quart~~ 4 confirmauit literas Honorij, et Innocentij predecessorum suorum, quibus authoritate apostolica prohibuerant, vt nemini liceat sine speciali mandato Ro. Pontific. ~~fratres~~ + hospitalis Sancti Ioannis Hierosolimitani, seruientes ~~eis~~ Clericos siue laicos, donec in seruitio domus sue fuerit, excomunicationi vel interdicto subijcere, et si qua sententia inter laicos lata fuerit, eam irritam censuit. Vide in comp~~endio~~ priuilegi~~orum~~ concessi~~one~~ .11. Alia autem sunt priuilegia concessa eisdem familiaribus de audiendo diuina tempore interdicti, que reperies infra. verb. interdictum.

+ familiares fratibus [illegible]

¶ Generalis.

¶ Scito, quod magister ordinis predicatorum à maiori parte capituli generalis electus secundū formā ~~nostrarum~~ suarū constitutionum ex vi talis electionis est verus magister totius ordinis. vt habetur. d. 2. c. 4. glo. ibi dicit quod statim per priuilegia apostolica habet curam fratum totius ordinis.

¶ Vrbanus ~~Quint~~ 5 concessit generali et prouintialibus. ordin. fratum minorum posse dare suffragia

El ~~general en toda la orden, prouincial en la prouincia, ciuitas de hermandad.~~
Soto. in 4. d. 21. q. 1. ar. 4.

gia indulgentiarum, et orationum, et beneficiorum spiritualium procuratoribus, et alijs quibuscunque personis deuotis, et benefactoribus ordinis dicti. In mari magno. ~~formi~~. fol. 261. conceſ. 671.

¶ Dices, quid continet hoc priuilegium concessione dicta? Rx. quod multa quidem, non enim dicti prelati poterant suffragia indulgentiarum, quę ſunt ~~mille vel 9000~~ multa. Et dies remiſsionis peccatorum, vel indulgentias applicare alijs, sed ſolum ~~consequentes~~ illas indulgentias ſibi vindicabant, quia hoc pertinet ad Papam, vel ad alios prelatos potentes concedere indulgentias, ſecundum Gabriel. sup. cano. lect. 57. et sic eſt certe magnum quid pro ſoluendis debitis, quę conuentus debent benefactoribus, et illis, qui eos eleemoſinis, et pijs operibus proſecuti ſunt. Et ex hoc conſtat, quomodo prouinciales, et generales poſsunt ad beneficia ordinis recipere per literas, seculares benefactores.

Notandu.
Poteſt generalis et eius vicarius ſuper flua vnius conuentus alteri dare. prouincialis in Indijs poteſt et hoc facere.

¶ Eugenius ~~Quartus~~ 4. conceſsit, vt generales fratrum minorum, et vicarius generalis poſsit tollere ſuperflua à conuentibus ſibi ſubiectis, et alijs conuentibus dare, aut cōmutare. In mari magno. fo. 261. concæſsione. 576. Nota, quod hec cōceſsio est magna, eaque gaudent Prouintiales indiarum. vt dixi supra verb. declarare. pro quo vide. c. irrita de his, quę fiunt à prelatis sine consenſu. ff. vbi dicitur, quod non valet alienatio rei Eccleſiaſticę absque approbatione capituli.

Prelatus poteſt suſpēdere gratiā, vel facultatē cōceſsā a papa.

¶ Sixtus ~~Quartus~~ 4. conceſsit generali fratrū minorum, vt quandocunque viderit, fratres ſuos, vel aliquem ipsorum abuti gratijs, et facultatibus apostolicis

poſtolicis ab eodem conceſsis, poſsit gratias, et facultates huiusmodi ſuspendere, ac suspensas tenere, donec consulat summum Pontificem, et ab ipso responsum accipiat. In compendio priuilegiorum conceſsione. 10. Pro declaratione hujus conceſsionis vide supra ver. declarare. vide. sup. verb. absol. verb. dispenſare. et capitula prouincialia.

Habitus.

Sixtus 4 ~~quartus~~, statuit quod habitus fratum predicatorum, vel fratum minorum non poſsit dari ijs, qui cum eo elegerint sepeliri, nisi per guardianum domus, vel per priorem conuentus loci, in quo tales residere contigerit, vel per superiorem prelatum dictorum ordinum, aut cui illi duxerint cōmittendum, et non per alium, et voluit, quod predictum habitum recipientibus declarare teneantur prefati prelati, quod apud eorum ecclesias debēt sepeliri, quorum habitum ſuſcipiunt. In comp. priuileg. conceſs. 11.

Nota

Leo 10. concesſit indulgentiam plenariam omnium peccatorum morientibus, et sepeliendis in habitu fratum minorum, et declarauit sufficere petere habitum, ac super se vsq; ad mortem habere, ac in eo sepeliri, etiam ſi ante mortem non induantur. In comp. priuileg. verb. indulg.ª quo ad ſeculares. ff conceſs. 6. 7. 8.

Aduerte, quod ad consequendam indulgētiam plenariam non requiritur, quod quicumq; in habitu elegerit sepeliri, quod sepeliatur in ecclesijs fratum, quorum habitum induit, vt dictum eſt in conceſsione Sixti 4 ~~quarti~~. Nam leo. 10. postea abſolute, et ſine limitatione cōceſsit indulgētia plenariam.

Quicūq; in habitu sepelitur, consequitur indulgentiam, etiā si nō sepeliatur in Ecclesia, cuius eſt habit⁹.

Ieiuniū

Ieiunium

Poſſunt fratres antici- pare horam comeſtionis.

¶ Leo ~~decimus~~ 10. conceſſit, quod fratres minores, maxime predicatores actu predicantes poſſint sine scrupulo, et seruato ieiunio anticipare vel retardare (Iuxta suam consolationem) horas comestionis, et se- rotine collationis.

Itinerãtes poſſunt diẽ ieiunij in alium cõmu- tare.

¶ Idem conceſſit, quod fratres mino- res itinerantes poſſunt tranſferre ieiunium diei iti- nerationis in alium diẽ. In comp~~endio~~ priuilegi[orum]. conceſſi~~one quarta, et quinta~~ 4. et 5.

Aduerte.

Panor.

¶ Nota primo circa primam conceſſionem, quod illa dictio maxime non excludit, quin fratres etiam ac- tu non predicantes, non poſſint anticipare horã, ~~quia~~ declarat sic Panor. c. damnamus, de summa trinitate. numero. 2. Hęc dictio (maxime) stat comparatiue, ponens idem in casu contrario. Gl. hoc eſt, ac si non predicaſſent.

+ dis. 19. q. 2. ar. 1.

¶ Nota ~~secundo~~ 2, quod dies, in quo dies ieiunij itinerationis debet transferri, non debet eſſe dies ie- iunij pręcepti ab ecclesia, quia Soto in 4.to dicit, quod si à confeſſore iniungitur, dum quis in quadrageſſima confitetur dies ieiunij, tum si ille non habet legitimã occaſionem, et excusationem non ieiunandi totam quadrageſſimam, intelliguntur dies illę penitentiæ post pascha ieiunandi. Sic in proposito. Adimple- bit tamen, si trãſferat in diem ieiunij secundũ cõſ- titutionẽ ordinis fratum pręedicatorum, quia ~~tunc~~ tũc non concurrunt duo pręcepta, et sine peccato ve- niali potest tunc frater ille non ieiunare, et sic cõ- mutatio fit in æqualibus. Aduerte, quod conceſ- sio hęc intelligitur de itinerantibus + ~~à cauallo, ò a mula, tambien a macho,~~ quoniam pedites itine- rantes, iam excusantur obligatione ieiunij, etiã Ecclesię secundum Victoriam. 2. 2. q. 147. ¶ Et si dies itinerationis, eſt dies in quo obligatur itinerans

~~frater itinerãs aunque a cauallo puede el dia de ayuno cõmutallo~~ en otro.

+ equeſtrib9,

Peditibus excuſatio a Ieiunio.

ex voto

ex voto, poterit transferri à patre mendicante, quia cum per hanc concessionem in translatione ieiunij non dispensatur, sed cōmutatur dies ieiunij in diem, + et concessio absolute concedat omnibus itinerantibus, et de omni ieiunio, quia indefinita equipollet vniuersali .c. quia. de priuilegijs, et Papa cōmutare potest: nō est cur amare interpretemur eius concessionē gratiosam, maxime quia Paul. 4. concessit nobis, ut sepe dictum est, priuilegia apostolica in partem fauorabiliorem interpretari debere.

~~para quitar scrupulos.~~

+ alterū.

Indi.

¶ Queritur, que sint priuilegia indis concessa.

¶ Hic ante omnia oportet ponere illa, que à Nico. 5. ~~Quinto~~, qui fuit anno 1328. sunt concessa pro infidelium conuersione, anteq̃ notitia esset noui orbis per plures annos, que omnia postea sunt confirmata in fauorem indorum per Leonem ~~decimum~~. Adria. 6. Clemē. 7. et Paul. 3. Et sunt, que sequuntur ¶ Primum, vt religiosi ad terras infidelium peruenientes possint eos baptizare, et eis predicare. ¶ Secundum, vt sacerdotes possint conuersos, vsq; ad quatuor minores ordines promouere. ¶ Tertium concessum, ut dispensare possint cum illis, qui in gradibus non prohibitis lege diuina contraxerunt, ut maneant in matrimonio. ¶ Quartum concessum, vt possint dispensare cum illis, qui patiuntur defectum nataliū ad ordines. ¶ Quintum concessum est, vt possint cognoscere de causis matrimonialibus. ¶ Sextum ut inordinate viuentes de suis excessibus possint corrigere. ¶ Septimum, vt ibidem religiosi possint diuina officia celebrare, cementeria benedicere, et vota cōmutare, exceptis religionis, et peregrinationis vltra

Nico. 5. multa cōcessit pro conuersione infideliū.

Religiosi quid possint in his partibꝫ.

vltra marinę, et indulgentias dare. ¶ Octauum, si non poſsint habere altare portatile, poſsint consecrare, et corporalia, vbi non sint episcopi. ¶ Nonum, vt poſsint omnia alia facere, quę ad augmẽtum diuini nominis, et ampliationem catholicę fidei, ac irritationem, et reprobationem illorum, quę sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco, et tempore viderint expedire. Hec ex Nicolao. 5. ~~quinto.~~ Et quidem hoc vltimum et nonum eſt fauorabile valde, ex quo multa pendẽt ad profectum indorum consideranda.

Omnia facere, quę ad fidei ampliationẽ, et augmantum diuini nominis.

¶ Paul. 3. anno 1537. determinauit indos eſse veros homines, tam Indię occidentalis, quam orientalis, qui licet extra fidem christi exiſtant, ſua tamen libertate, ac rerum suarum dominio, priuatos, ſeu priuandos non eſse. Ac quidquid secus fieri contigerit irritum, et ipsos verbi dei prędicatione, et exemplo bonę vitę ad fidem chriſti inuitandos fore, authoritate apostolica, declarauit, et decreuit. Vide, et lege in authentico.

Indi etiã si maneãt in infidelitate sũt veri domini rerũ suarũ. ¶.

Lo q̃ esta cerrado a dos fo. adelãte entra aqui

¶ Circa hanc determinationem nil venit notãdum, ſed plorandum, cum oculis nostris ~~tot~~ millia indorum deuastataſ, eorumq̃ terras proprijs dominijs priuatas cernamus, et quod plus ad lacrimas compellit, eſt, quod hęc facta sũt à chriſtianis regnum chriſti publicantibus. Videndus eſt Caietan. 2ª. 2ę ~~secunde~~. queſt. 66. artic. 8. ad 2. Vbi meminit harum oppresionum, et ~~vict.~~ Victoria relectione, de indijs. §. 4. conclu~~sione~~ 2. 5. 6. 7. Et videndus eſt epiſcopus chiapensis doctiſsimus, et gentis indiarum vnicus propugnator in diuerſis libris ab eo compoſitis non dum impreſsis, maxime in libro, quem testamentum vocat, et in alio, quem codicillum, quos libros ante mortẽ regi philipo prę sentauit. Et idẽ in lib. de non alienãdis populis.

¶ Secunda concessio idem Paulus 3. concessit quod in indorum dictorum baptismo extra necessitatem vrgentem. Hec quatuor seruentur. — 2. conceſs.

¶ Primum, aqua sacris actionibus sanctificetur.

¶ 2. ~~Secundu~~ Chatezismus, et exorzism⁹ fiat singulis.

¶ 3. Sal, saliua, candela, capillum, ponatur ~~[illegible]~~ duobus, vel tribus vtriusqz sexus baptizandis.

¶ 4. Et Chrisma ponatur singulis in vertice capitis, et oleum cathecumenorum ponatur super corviri adulti, puerorum, et puellarum. Vide in authentico.

¶ Tertia concessio, idem concessit, quod indi dictarum indiarum etiam coniuncti in 3. gradu tam consanguinitatis, q̄3 affinitatis possint matrimonium cōtrahere, donec sedes apostolica aliud statuerit. — 3. Jsta cōceſsio est perpetua, donec reuocetur a sede apostolica.

¶ Quarta concessio. Idem concessit, quòd indi dictarum indiarum, qui anteq̄3 conuerterentur plures vxores iuxta illorum morem habebant, et nō recordantur, quam primo acceperint, alijs dimissis, vnā ~~primam~~ retineant. Vide authenticum. — 4.

¶ Ex hac quarta concessione, et ex eo, quòd Sanct⁹ Tho. ~~thomas~~, et Siluest. matrimonium 4. § 10. pti. 7. dicunt. s. quòd si quis conuersus ad fidem habuit plures vxores, poterit contrahere cum qualibet illarum, prima nolente conuerti: habes, quòd impedimētū iuris canonici, quod. s. non possit contrahere cum illa, quam polluit per adulterium: non habet locū, quando illud contractum fuit in infidelitate: s. sua prima et legitima vxore viuente contraxit matrimoniū cum alia infideli, que scībat illum vxorem habere, quod si mortua prima, ambo conuertuntur, et baptizantur, quòd poterit contrahere cum illa secunda, quam polluit per adulterium viuente sua prima vxore, — Sic in speculo coniugiorum, probatum est à me late.

quia

quia si non recordaretur de prima, poterat cōtrahere etiam si viueret, cum secunda: ergo à fortiori, si eſt mortua. Et ad argumentum, quod iste infidelis non poteſt contrahere con la cuñada [illegible] cuñadez fue cōtrahida in infidelitate, si poſtea venit ad fidem. R° quod hoc prouenit ex alio capite .ſ. quia fidelis eſt, et illa cognatio affinitatis eſt naturalis. Y desto vease en el speculo de matrimonio, que alli esta claro. Vide silueſt. matri. 8. §.9. et c. laudabilem. de conuersione infidelium.

¶ Quinta conceſsio. Idem conceſsit, quod dicti Indi solum tenentur ad ieiunādum omnibus sextis ferijs quadrageſsimæ, et vigilia reſurrectionis, et natalis chriſti, propter eorum nouam ad fidem cōuersionem, et ipsius gentis infirmitatem. Immo ieiunium repugnans sanitati, vel non bene quadrās officio, vel exercitio alicuius eorum, non eſt censendum illis ab ecclesia preceptum, hec ille.

¶ Ex hac conceſsione habes, vnde poſsis quamplures indos excusare ab obligatione ieiunandi, cū ipsi sibi quotidie baiulent ligna, et alia multa hujusmodi faciant, et ipse inde mollat sibi panem, aquam humeris portent, et si his addas eorum insufficientem pro vno prandio refectionem ciborum, eos excusabis.

6. ¶ Sexta conceſsio. Idem conceſsit, quod dicti indi solum teneantur ab operibus seruilibus ceſsare .ſ. omnib9 diebus Dominicis, Natiuitatis, Circuncifionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis chriſti. Penthecostes, nec non Natiuitatis B. Mæ. Annuntiationis, Purificationis, et Aſsumptionis, ac beatorum apoſtolorū Petri, et Pauli. Ceteri vero dies ex causis dictis indulgentur eis.

7. ¶ Conceſsio septima. Idem conceſsit dictis indis, vt possint absolui per epiſcopos, et per illos, quibus ipsi speci-

aliter

cuya

[illegible] en los [illegible] que se da el [illegible] consuelo [illegible] christo

aliter conceſserint ab omnibus excomunicationibus sedi apostolicę reſeruatis, etiam si ſint de cena dominj, ut supra ~~ver~~. Epiſcopus. concesſione prima. Has. 7. conceſsiones, quę omnia habentur in authenticis bullis. Quibus omnibus gaudent religiosi in nouo orbe ob comunicationem omnjum gratiarum factam ab eodem Paulo Tertio, ut teſtatur cardinalis burgensis in expreſsa conceſsione, nam dat omnja conceſsa cuicumq3 personę, vel domui, ~~domo~~, vel hospitali.

verb. coceſserut prædicti ſummi pontifices noui orbis incolis.

¶ Idem Paul. 3. in fauorem indorum declarauit, omnes noui orbis incolas tempore infidelitatis, eſse veros dominos rerum ſuarum, et vere habere dominium sibi subditorum, et nullomodo ob infidelitatem eſse priuatos, ne eſse priuandos, et multo mjnus per conuerſionem ad fidem eſse deſtituendos ſuo, quod poſsidebant dominio, et ipse idem declarauit eſse vere liberos, et non ſeruos.

¶ Concesſio octaua. Pius ~~quartus~~ 4 anno. 1562. ad petitionem regis Hispanjarum Philipi ~~Secundi~~ 2 conceſsit, ut indi harum terrarum poſsint matrimonjum contrahere coram ſuo parrocho, benedictionesq3 nuptiales recipere omni tempore anni, etiam tempore quando fidelibus prohibentur, et hoc propter penuriam sacerdotum, citra tamen publicum strepitum letitię festiuę conceditur ~~tamen~~ tantū hoc ad annos. 25. a datis presentiū computandis anno. ſ. 1562. 12. Auguſti. finitur anno. 1587. 12. Augusti. 8.

¶ Not. quod de licentia parrochi quilibet ſacerdos omni tempore anni poteſt benedictiones nuptiales indis dare, quia non conceditur hoc priuilegium fauore parrochi, sed indorum.

¶ Et similiter aduerte, quod ad contrahendū matrimonium, nullum tempus anni illud prohibet, eſt enim vnum de septem ſacramentis ecclesię, sed ad recipiendas benedictiones nuptiales, et hoc magis propter strepitum letitię humanę, quam ſolent fideliū corda diſtrahi, quampropter ſolas benedictiones, cū ipsę sint spirituales, nunq3 nocentes.

9\. ¶ Nona concessio. Idem Pius ~~quartus~~ 4 eodem anno con-
cessit dictis indis ad petitionem dicti regis. Vt tẽpore
interdicti in Ecclesijs, et alijs pijs locis ordinaria vel
apostolica authoritate lati, dummodo causam interdic-
ti non dederint, neqꝫ ad id eis specialiter interdici cõ-
tingat, ecclesias, et alia pia loca ingredi, et inibi etiã
ianuis apertis, et pulsatis campanis per quoscumqꝫ sa-
cerdotes, missas, et alia officia diuina alta voce, ex-
cõmunicatis tamen, et interdictis solummodo penitꝰ
exclusis, celebrare faciant, et illis interesse, necnõ
sacramentum penitentię, eucharistię et alia sacra-
menta suscipere, et defunctorum cadauera etiã cum
funerali pompa sepulturę ecclesię tradere, ac ipsorꝫ
vicarijs, rectoribus, et alijs presbiteris eligendis
vt missas, et alia officia diuina celebrare, et sacra-
menta fidelibus hujus modi ministrare, ordinario-
rum vel aliorum licentia desuper minime requisi-
ta, libere valeant ad triginta annos proxime futu-
ros dumtaxat, conceditur authoritate apostolica
anno. 1562. 12. Augusti. finitur anno. 1592.

¶ Itaqꝫ vbiqꝫ terrarum harum indiarum possunt
indi diuina audire, sacramentaqꝫ omnia et matri-
monij, benedictionesqꝫ nuptiales recipere, cum pompa
funerali sepeliri, intra prefixum tempus. 30. annorꝫ
nisi in ecclesijs, locisqꝫ pijs specialiter interdictis,
vel nisi indi fuerint excõmunicati, vel specialiter
interdicti, vel nisi dedissent causam interdicti, his
casibus exceptis gaudent predicti indi prædicta
concessione. Et aduerte, quòd concessio non specifi-
cat, quod diuina audire, sacramentaqꝫ recipere
indi possint in ~~...~~ suorum populorum ecclesijs, sed
absolute dicit, quòd ecclesias, et alia pia loca ingre-
di, et inibi ianuis apertis, pulsatisqꝫ campanis, di-
uina audire, altaqꝫ voce celebrare, sacramẽtaqꝫ
omnia suscipere, cum pompa funerali sepeliri, et sic
vbiqꝫ

vbiq; in alijs eccleſijs hęc fieri, excluſis excõmuni-catis, et interdictis poſſint, quia ſic concedit breue vt patebit ipſum legenti.

¶ Et aduerte, quòd ſi in populis indorum non ſeruatur interdictum, tũc ſine hoc priuilegio ibi poterũt et diuina audire, ſacramentaq; recipere, ergo quòd concedit eis, Papa propter hanc conceſſionem, debet extendi vt conceſſione in hoc priuilegio contenta gaudere poſ-ſint indi in omnibus eccleſijs, et pijs locis ſitis in lo-cis interdictis, et non ſpecialiter interdictis, quia Papa abſolute concedit, et in ſui pręiuditium, puta quã-do authoritate apoſtolica eſt interdictũ poſitũ, ergo largiſſime debet interpretari, vt dicit Panormi. c. ex iniuncto. de heretic. numero. 5. et. c. olim. de verb. ſignif. [illegible]. et ſic indi poterunt ſepeliri cum pompa funerali, audireq; diuina, et omnia ſa-cramenta recipere in monaſterijs populorum Hiſpa-norum, et in hoſpitalibus. [illegible]. ubi eſt interdictum appoſitum, non obſtant[redacted]. Clement. ex ſequen-tibus. de ſentent. excom. Jde Lig 4.

¶ Decima conceſſio. ~~Pius Papa quartus~~ anno eodẽ . 10. 1562. 11. Auguſti, ad ſupplicationem dicti regis Philipi ~~Secundi~~ Hiſpaniarum conceſſit omnibus indis vtriuſq; ſexus dictarum indiarũ, vt quando et quoties inibi, aliquas plenarias, vel alias ſedis apoſtolicę indulgentias (et cum conditione, quód ie-iunium, confeſſio, et ſacra cõmunio precedere de-beant) concedi, et publicari contigerit, ſi ante tem-pus ad indulgentiarum conſecutionem ſtatutum peccata ſua commode cõfiteri nequiuerint, dũmo-do [redacted] corde contriti ſint, ac [redacted] cum primum preſ-biteri copiam confitendiq; oportunitatem naciſ-centur, vel ſaltim infra menſem primũ, cõfitendi [redacted] propoſitum habuerint, facta debita quoad ie-iuniũ

Sine confeſſione intra tẽpus prefixũ in iubileo pñt indi conſequi indulgẽtiã. [illegible]

iunium diligentia, prędictas indulgentias etiam plenarias, et peccatorum ſuorum remiſsiones vere conſequantur, et conſequi valeant in omnibus et per omnia, perinde ac ſi confeſsionis, et ſacrę cōmunionis ſacramenta ſuſceperint. &c. non obſtantibus conditionibus prę miſsis in literis, et conceſsionibus indulgentiarum hujusmodi etiam per nos, et prędeceſſores noſtros appoſitis, et apponendis. &c. Hęc Papa.
¶ Not. quòd hoc priuilegium impetratum fuit principaliter propter iubileum conſequendum, tunc enim et ieiunium, et oratio, et eleemoſina, ſacraq́ꝫ cōmunio requiruntur. Et indi quia numeroſi, ſacerdotes autem ſint quàm pauci, non poſsint dicti indi iubileum conſequi, et tunc datur remedium à Papa perpetuis temporibus duraturum, vt dicitur in breui. quod ſic ſe habet. Indi, si quando publicatur Jubileus, vel alia indulgentia, poſsint cōmode peccata ſua confiteri infra tempus ſtatutum in Jubileo, debent infra illud confiteri, ſicut fideles antiqui, alias non cōſequuntur iubileum, vel indulgentiam: ſic enim habet litera, dum dicit, ſi peccata ſua cōfiteri cōmode nequiuerint. &c. ergo ſi cōmode poſsit tenentur, quia ceſſat tunc ratio conceſsionis hujus.
¶ Si autem cōmode ſua peccata infra tempus ſtatutum in iubileo confiteri nequiuerint propter penuriam confeſſorum, quia propter hanc cauſam cōceditur hoc priuilegiū, tunc infra tempus ſtatutum in iubileo, vel indulgentia, quo cęteri fideles ſe pręparant ad conſequendum iubileum, debent indi cōteri de peccatis ſuis recogitando ea in amaritudine animarum ſuarum, cum propoſito illa cōfitēdi ſtatim habita opportunitate. &c. vel ſaltim infra menſem primum, Itaqꝫ conceditur illis tranſacto tempore ſtatuto in iubileo poſt ſuam publicationē vnus mēſis

mensis immediate sequens, quod sufficit, si ante ha-bita non fuerit opportunitas, et quando se compungūt et de ſuis peccatis conteri incipiunt, debent ieiunare secundum formam traditam in Jubileo, et tranſacto dicto tempore in iubileo statuto, cōsequūtur indul-gentias, et iubileum, sicut ſi confeſſionis, et eucha-riſtiæ ſacramenta suſcepiſſent, ſicut reliqui fideles. Ecce ſummam eorum, quę in hoc breui continentur et quę debent indi facere ad conſequutionem iubilei, vel indulgentię.

¶ Sed eſt dubium, si in tenore iubilei habetur, quód fideles, et ieiunent, orent, et eleemosinas largiātur, confeſſionis, eucharistięq; sacramenta ſuscipiant, iam quod indi eximantur à receptione confeſsionis, et eucharistię sacramentorum, tenebuntur ad eleemosi-nas largiendas, orationesq; coram domino effundēdas? Et apparet quod non, quia Papa solum ieiunium eis indicit. Rx. quod omnino ad eleemoſinas faciendas orationesq;, et ad omnia alia, quę infra tempus sta-tutum, quo iubileus datur, exequi, poſsunt: dicti in-di, tenentur, tum quia non eſt cur ab ijs eximi de-beant, cum facile sicut ieiunium adimplere valent. Item etiam, quia ſi dictis indis parcitur à receptione sacrę cōmunionis et pęnitentię sacramentorum eſt, quod infra tempus statutum in iubileo non poterūt illa recipere propter eorum maximam multitudinem, paucamq; confeſsorum copiam. Cum ergo hęc ratio nō militet in oratione, et eleemosinę largitione debet omnia in suo tempore ſeruari, et non obstat, quod ſo-lum ieiunium indis indicitur seruandum in hoc pri-uilegio, quia non dicit facta dumtaxat diligentia quo ad ieiunium, ponitur exempli gratia, etiam ad notandum, quód ſicut à ieiunio non reſeruatur, sic nec quo ad reliqua, quę illo tempore seruantur. ℒ.

Dubiū. 1.

¶ Sed quid, si indus, qui ad ieiunium, orationem, elee-mosinę largitionem, et contritionem, ~~et contritione~~ se preparas

2m. dubiū.

se preparans, ~~habet~~ irretitur aliqua excomunicatione Papę reseruata, nec potest commode ad confessarium accedere, consequitur ne iubileum, nō absolutus ab excomunicatione? R^r. quòd comunicatio cum excomunicato in diuinis, secundum Cobarru. in principio ... relect. supra c. alma mater. §. 1. prohibetur de iure diuino. Et probatur ex mathe. 18. ad Thes. 2. c. 3. 11. q. 3. excomunicatos. c. nuper. de sent. excom. et. 2. c. de excep. quam opinionem, inquit, tenent Theologi, qui nuper scripserunt contra Lutherum. Itaq3 comunicatio in diuinis cum excomunicato est prohibita secundum eum lege diuina, non in alijs, nec Papa potest in hoc dispensare, dato possit dispensare ~~pena lata, contra cum excomunicatis comunicantes~~ vide Panor. c. nulli de sent. excomu. Ex quo videtur, quòd quandiu quis excomunicatus existit, non potest comunicare in diuinis, et per consequens, nec indulgentia, vel iubileo frui. Cum autem non absoluatur, licet ieiunet, oret, eleemosinam largiatur: sequitur, quòd nō potest consequi iubileum in excomunicatione existēs, sed oportet, quód prius absoluatur ++ quod fieri potest, dato tunc non absoluatur a peccatis, confiteatur: potest enim ex tunc confessio exordiri, sicut qui habet bullam cruciatæ.

+ cū comunicatibus cū excōmunicatis.

Panor.

++ ab excomunicatione,

3m. dubiū.

¶ Sed quid, si infra mensem sequentem habita copia confessarij non confitetur? R^r. quod in hac questione dicendum erit, quod determinant Theologi, et Juristę, quando in indulgentia non dicitur, quod cōfiteatur, qui eam consequi vult, tūc enim sufficit propositum confitēndi tempore pręcepto, cum contritione, et factis alijs ibidem mandatis. Si postea vero nō confitetur, iste talis absq3 dubio non perdet indulgentiam. i. peccata dimissa, pęnaq3 eis debita, quę iam abolita fuit, nō redibūt in antiquū statum. Sic in casu nostro. Vide verb. indulgentia. §. 7.

¶ ~~Duo~~decima conceſsio. Alexand. ~~sext.~~ in bulla, 11.
quā conceſsit regibus hiſpaniarum, et cōmiſsit con-
uerſionem harum terrarum indiarum occidentalium.
anno.1593. mandat dictis regibus Ferdinando .ſ. et Eliſa-
bet eorumq; ſucceſoribus in virtute sanctę obedientiæ,
vt ad pręfatas terras, viros probos, Deum timentes, do-
ctos, peritos, et expertos ad inſtruendum incolas, et
habitatores prędictarum indiarum in fide catholica,
et bonis moribus imbuendum deſtinent, et mittant,
omnem diligentiam in pręmiſsis adhibentes.

¶ Not. quòd in hac conceſsione fundatur poteſtas re-
gis Hiſpanię, tum admittendos prędicatores, pro indo-
rum conuerſione, eorumq; in fide catholica manutentio-
ne, tum adſignandos populos, in quibus ea, quę ad au-
gmentum huius nouę ecclesię in fide, et obedientia con-
ueniunt, dicti preſbiteri, et prędicatores, exerceant &
operentur, delegati enim constituuntur hispanię reges
à sede apostolica pro indorum conuersione, ipsis ete-
nim Papa causam delegat, cū eis iniūgit, et in vir-
tute sanctę obedientię mandat prędicta, et ſic quid-
quid pro hoc negocio agunt authoritate apostolica agere
dicūtur: cum ſubrogatum debet ſapere ſubrogantis au-
thoritatem. c. eccleſię Sanctę Marię. de conſtitu. Vide
supra. verb. capitula prouincialia conceſſ~~ione~~. 1. no. 4.
.§. sed dices. Vbi declarata fuit hęc conceſsio. et ~~vide supra verb. capitula prouincialia~~ in 3. conclu^e. in 5.
not. §. re autem.

Reges hiſpaniæ sunt delegati pontificis circa indorū couerſionem.

Subrogatus subrogantis autoritatē sapit.

¶ ~~Tredecima~~ 12 conceſsio. Idem pręcepit sub pena excō- 12.
municationis latę ſententię eo ipso incurrenda, vt nul-
la perſona cuiuſcumq; dignitatis, etiam imperialis
et regalis, ſtatus, gradus, et conditionis, pro mercibus
habendis, vel quavis alia de causa indiarum terras
subiectas, et ſubijciendas iuriſdictioni regum hiſpa-
nię, et inuentas, et inueniendas, accedere poſsit
abſq; speciali licentia dictorum regum.

¶ Not. quòd hęc excõmunicatio, ad hoc quod ſiget, oportet, vt promulgetur authentice ſecundum formam. c. fin. de fide inſtrumen. nec ligabit, quia inuenitur impreſſa vel in proprio originali, quia de ratione legis eſt promulgatio, ad hoc vt liget, vt habetur d. 4. c. in iſtis. Vide ſoto. de iuſt. et iure. Et non ſatis credo ſufficere antiquitus promulgatam fuiſſe hanc excõmunicationẽ publicé, et legitimé, ſi poſtea decidit, ab hominum memoria, poteſt enim tunc inuincibiliter ignorari. Hęc excõmunicatio ceſſauit, quia non fuit conſtitutio, ſed ſententia, non enim per uiam statuti ſata fuit. Vide Nauarro. c. 27. numero. 2. 54. 74.

De ratone legis eſt promulgatio ad hoc q͂ liget.

q. 1. ar. 4.

Nauarro aduertendum.

¶ Indulgentiæ.

¶ Scito, quo ad hanc materiam, quòd ſunt quaſi ſine numero indulgentię conceſſę fratibus mendicantibus, quas videre licebit in compendio priuilegiorum. vide ibi. Et aduerte, quòd quando indulgentię expreſſę in literis apoſtolicis manifeſtum, nõ continent errorem, ſemper debet pręsũmi cauſam rationabilem eis in eſſe, et proportionatam. Argumẽtum ex ſententia lata à iudice, quę ſemper pręsumitur iuſta, niſi manifeſtum contineat errorem. Vide Armillam. §. 11. et soto. 4. diſt. 21. queſtione. 2. articulo. 2. ¶ Et ſure etiam oportet, quòd ſecundum magiſtrum Victoriam in 4. in hac materia de indulgentijs, quando alicui eſt iniuncta grauis penitentia à confeſſore pro ſuis delictis, puta peregrinatio, ieiunium. Et quod ſi accipiat indulgentiam plenariam, Jubileum, vel bullam cruciatę: tunc abſolutus eſt à pœnitentia, et peregrinatione, et ieiunio, quia per tales indulgentias plenarias tollitur eis pęna debita peccatis. Hęc ille.

Indulgẽtiarũ virtus mira.

1. ¶ Sixtus quartus 4. conceſſit, quòd in receptione

habitus cujus libet trium ordinum ~~sancti~~ Franciſci, ſit indulgentia plenaria recipienti talem habitum et ſimiliter indie obitus. S. 2.

¶ Sixtus ~~quintus~~ concesſit ordini eremitarum ~~sancti~~ Augustini multa notatu digna. ¶ Primum quod indie mercurij, Jouis, et veneris in hebdomada sancta per ſingulos annos, omnes qui contriti, et confeſſi manus porrexerint pro fratrum eremitarum ſuſtentatione, vel eccleſiarum ędificatione plenaria conſequantur indulgentiam. ¶ Secundum vt poſſint tales eligere confeſſores, qui omnia vota poſſit cõmutare, exceptis caſtitatis, et religionis, et vltra marini & compostellę. ¶ Tertium conceſſum, quod fideles, qui dimidium groſſum pro defunctis, vel iuſtũ valorem à prouintialibus vel prioribus taxatum, magis vel minus secundum terrę diſpoſitionem pro reparatione domorum, vel ſuſtentatione religioſorum, eandem etiam indulgentiam consequatur anima purgatorij, pro qua datur. ¶ Quarto, quod maxime notandum, quod idem pontifex omnes predictos benefactores dicti ordinis facit participes omnium suffragiorum, orationum, ieiuniorum, et aliorum penitentię operum, quę fiunt per totum predictum ordinem et per totam militantem eccleſiam.

+ dederint indulgẽtiã ple. cõſequantur. Et

Benefactores ordinũ mẽdicãtiũ sũt participes omniũ suffragiorũ ecclesię.

Aqui entra esto cerrado.

¶ Quintum conceſſum. Idem dedit, vt in certorum male ablatorum, poſſit eſſe compoſitio pro ędificatione domorum dicti ordinis, et fratrum ſuſtentatione. Hęc omnia confirmauit, et conceſſit de nouo Alexan. 6. ex certa ſcientia tam in conceſſis, quam in concedendis. ¶ Iſtud. 4. conceſſum Sixti eſt singulare, et magnificãdũ, nam et si generalis per totum ſuum ordinem, et prouincialis per omnem ſuam prouinciam poſſit facere cõmunicationem talem, sed per totum orbem chriſtianum, solus ſummus pontifex, qui chriſti locum tenet interris.

Valde considerandũ.

¶ Martinus ~~quintus~~ et Eugenius ~~quartus~~ 4, Nicolaus. 4. ~~quartus~~, Calixtus ~~tertius~~ 3, Pius ~~secundus~~ 2 ac Sixtus. 4. ~~quartus~~, conceſſit omnibus fratribus minoribus de obſeruantia 3.

uantia, quòd poſsint eligere ſibi confeſſorem, qui ipſis poſsint concedere indulgentiam plenariam in articulo mortis, et si occurrerit casus, quòd nõ poſsint confeſſorem eligere, seu habere tum etiam consequantur, si ſint in statu gratię.

4. ¶ Innocentius 8 ~~octauus~~ conceſsit, ut fratres minores ſacerdotes celebrantes in diebus dominicis, et solemnitatibus domini ſabbaoth, et beatę Marię, et Sanctorum ſui ordinis, habeant indulgentiam plenariam, et fratres layci quando cõmunicant.

5. ¶ Leo Decimus concedit ancillis ordinis beatę Marię, et monialibus sanctę Claræ, ut quoties ſacramentum ſumpserit cõmunionis, ea die plenariam consequi valeant indulgentiam, et quod poſsit oïs impendi benedictio Papalis.

Indulgentia plenaria tempore viſitationis.

6. ¶ Idem conceſsit, quòd omnes prouinciales fratrum minorum de obſeruãtia acta visitatione ordinaria in conuentibus suę prouintiæ habeant facultatem concedendi indulgentiam plenariam omnibus fratribus cuiuſlibet conuentus sic viſitati, et idem de monialibus S.tę Claræ.

7. ¶ Conceſsit etiam idem fratribus ordinis prędicatorum in regnis caſtellę, et legionis conſiſtẽtibus, vere penitentibus, et confeſsis, vt anno quolibet in feſto sancti dominici, et semel in mortis articulo plenariam indulgentiam omniũ peccatorum ſuorum consequantur.

¶ Has omnes prędictas conceſsiones, et indulgentias, quę sunt ſeptem: Vide in compendio priuilegiorum verbo. indulgentia: et multę alię ponuntur, quas hic apponendas non duxi, quia parum ad finem hujus recopilationis faciunt.

¶ Nota, quòd nõnulli doctores tenuerũt, Papã

no poſse

non poſſe animabus purgatorij indulgentias conferre, quia non ſunt de eius iurisdictione, et confirmabant, quia quando Christus Petro contulit poteſtatem, dixit, quodcumq; ligaueris super terram, et non dixit super inferos. Pro quo vide Gabrielē ſuper canon. lect. 57. At uero non eſt tuta opinio, quia multi pontifices conceſſerunt indulgentias defunctis. Soto. in. 4. dicit, quod non poſſunt per uiam abſolutionis tales indulgentias dare, sed per modū suffragij. Itaq; eſt magna conceſſio hęc, quia nō parum animę defunctorum iuuari poſſunt per indulgētias, quas frequentiſſime fratres mendicantes cōſequuntur. Gabriel statim quod vidit dictas indulgentias, retractauit ſententiam ſuam.

Gabriel.

Soto. in. 4. d. 21. q. 2. ar. 3.

Gabriel retractauit ſe.

¶ Nota circa ſeptimā conceſſionem, quod illa indulgentia plenaria, quę conceditur fratribus predicatoribus indie sancti Dominici, non poſſunt gaudere fratres minores illo die, sed bene indie S. Francisci. Et religiosi heremitarum in die S. Auguſtini. Quod notat author compendij priuilegiorum. conces. 12. 13. et similiter quę conceduntur dictis prędicatoribus indiebus sanctorum sui ordinis, fratres minores illis nō gaudent indiebus illis, sed indiebus sanctorum suj ordinjs. Vide infra verb. interdictum.

¶ Caiet. tractatu de indulgentijs. questi. 12. probat elegantiſſime, quomodo dare operam ad adquirēdas indulgentias sit perfectionis, quia cum indulgentiarum fructus proprius, sit ſatiſfacere diuinę iustitię quoad pęnam temporalem proprijs peccatis debitam ex pœnis christi et sanctorum ſecundum extrauag. Clemēt. in .6. et traditionem ecclesię Romanę, et quia quotidie perfecti ſiue imperfecti dicant, dimitte nobis debita noſtra. &c. Quam optimum igitur erit, quęrere remiſſionem omnium debitorum horum, per eaquę mater eccleſia offert nobis. Maxime quia ex solutione horum debitorum et pęnarum noſtris peccatis debitarum tollitur impedimētū

Optime fit ab illis, qui in acquirēdis indulgentijs sūt diligentes

dimentum ingreſsus regni celestis, quod supramodū debet quis considerare, et sic quia debiles sunt satisfactiones, quas facimus pro peccatis, et ~~[illegible]~~ penis eis debitis, quam tutum erit per indulgentias querere, vt ab eis absoluamur.

Alexand. de Hal. Bonauent. Gabriel.

¶ Et ſecundum Alexand. de Ales et Bonauē. indulgentię ſunt de nobiliſsimis et efficaciſsimis ſuffragijs, et Gabriel addit, quòd non eſt certior modus ad liberandum animas purgatorij. Vide. s. tho.

Nulla eſt diff.a inter indulgentiā plenariā, et iubileum.

Et inſuper nota, quòd inter indulgentiam plenariā, et iubileum, nulla prorſus eſt differentia, vbicumque concedatur, quod tenet Felinus in sermone: Hodie mecum eris in paradiso.

Magna cōceſsio ~~[illegible] solos, ô pater, y seis Aue mª con gloria pri todas las indulgentias del mundo~~ indulgētiæ, quæ vocatur Statio sanctiß. sacramēti

¶ Leo ~~decimus~~ concesſit fratibus minoribus, ~~[illegible]~~ q dicendo quinquies aue maria cum pr nr, et in fine cuiuslibet gloria patri. &c. Et pro sanctitate sua vnum Pater. nr cum Aue maria, et similiter cū gloria patri. &c. Lucrantur stationes, indulgentias, et remiſsiones tā vrbis, quàm etiam portiunculę, siue in hierusalem, ac sancti Jacobi in compostella, et quacumque hora diei vel noctis vel quocumque loco dicant etiam in choro, ecclesia, claustro, oratorio, ac cella lucrentur illas, Hec in com~~pendio~~ priuilegi~~orum~~ conceſsi~~one~~. 15. et omnibus ordinibus per comunicationem. + + +

Per comunicationē omnibq religiosis. ~~Per comunicationem omnibus religiosis.~~

¶ Quam conceſsionem si consideres in opere vel in eo, quod mandatur fieri pro consecutione indulgentiarū tantarum videtur insufficiens, si tamen inde oculos mentis infigas in causam, propter quam conceditur apparet proportionata, quia datur in fauorem ordinum mendicantium, qui quidem sunt benemeriti de ecclesia catholica, et nunquam ceſsabit, Deo dante, que quidem causa non minus sufficiens eſt, quam illa propter quam bulla cruciatę conceditur.

+ + + ¶ Quaquidē indulgētiā ad ſuplicationē fr̄is Antonij Hortiz ord. mi. cōfirmauit Pau. 3. Vbicumque locorū dicatur prædicta pr nr, et Aue mª. s. siue in via, siue in agro. etc.

¶ Inno. 8. ~~[illegible]~~ conceſsit, quod fratres predicatores, et minores, qui per obedientiam reperiuntur extra conuentus, et loca, poſsint promereri indulgentias stationum, et alias eiſdem fratibus conceſsas in ſuis ec-

cleſijs

clesijs dicendo quinquies Pr.nr. cum Aue Maria in quacumqz ecclesia, et loco, ea dixerint pro intentione, et proposito illius indulgentię, pro vt illi, qui in locis suis dicunt. In comp~~endio~~ priuilegi~~orum~~ verbo, indulgentię. concessi~~one octaua~~.

¶ Aliæ indulgentiæ plenariæ quoad fratres.

1 ¶ Prima, quando celebrant vel cõmunicant in dieb⁹ Dominicis, et solemnitatibus B. Mariæ, & domini nostri Jesu xpi, et sanctorum ordinis.

2 ¶ Quoties coronam Beatę Marię virginis dixerint quę continet .72. aue maria, et .8. Pater nr premittẽdo ante quodlibet decẽ Aue Ma. Vnum Pater noster.

3. ¶ Tertia, similem indulgentiam plenariam consequuntur fratres dicendo coronam saluatoris, quę continet 33. Aue maria, et totidem pr.nr. in memoriam annorũ christi vitę.

4. ¶ Has indulgentias de coronis Dñi et beatę Marię consequuntur fratres infirmi, ac senes in decrepita ętate constituti, dicendo vnum psalmũ, vel hymnum virginis, vel Dñi nostri, quia hujusmodi personę non possũt semper dictas coronas dicere.

5 ¶ Has indulgentias consequuntur fratres dicentes officium defunctorum pro animabus purgatorij, vel septem psalmos penitentiales, et hoc quoties dixerint predicta. ℥.

6 ¶ Predictas indulgentias consequuntur fratres dicendo canticum graduum. ℥.

7 ¶ In suis ecclesijs vel vbi questuando iverint ~~steterint~~, indulgẽtiam sanctæ Mariæ de angeles, atqz omnes alias indulgentias generales, tam plenarias, quam non plenarias almę vrbis consequuntur dicendo quinqz pater noster cum aue maria in suis ecclesijs, ac si visitarent loca personaliter vbi sunt indulgentię diebus suis.

8 ¶ Fratres, qui per obedientiam sunt extra conuentus possunt

poſsunt pro mereri indulgentias stationum, et alias eiſ=
dem fratribus conceſsas in suis eccleſiis dicendo quinqui=
es pater noster cum aue Aue in quacumq; ecclesia et
loco pro intentione et proposito illius indulgentię, prout
illi qui in prędictis suis locis dicunt, ac etiam infirmi
in suis infirmarijs, et cellis, etiam in lectulis, quando
aliter dicere non poſsint.

9. ¶ Aduerte, quod Leo ~~Decimus~~ 10. conceſsit vt indulgen=
tias a sua sanctitate conceſsas pro viuis .s. corona Dñi,
Indulgētię conceſsę pro viuis sunt extēsę ad aīas purgatorij. et B. Mariæ, et nominis Jesu, et alias similes, etiam
ab alijs suis prędeceſsoribus datas poſsint fratres ad
animas purgatorij extendere, et pro eis sicut pro viuis
lucrari, et ~~per~~ hoc per modum suffragij, et sic ex hac
conceſsione poterunt fratres prędictas indulgentias ap=
plicare animabus purgatorij, quod quidem erit valde vtile.

Indulg. ple. in die. s. domi. et. s. Frãc. et. s. Aug. ¶ Cardinalis Pogius Legatus Julij ~~tertij~~ 3. in Hispa=
nia anno. 1553. conceſsit in Indijs indulgētiam plenariã
in die Sancti Dominici, et Sancti Francisci, et sancti
Augustini, dicendo in Ecclesijs tres p̃r. nr̃. et totidem
+ catholicæ aue maria pro exaltatione fidei ~~chatolicę~~. &c. Et con=
ceſsit omnes remiſsiones, et indulgentias, quas conseque=
rentur in die portiunculę, si ecclesiã sanctę Marię de
angelis personaliter visitaſsent.

10. ¶ Idem conceſsit omnibus hospitalibus in noua hiſ=
pania omnes indulgentias, quas habet hospitale con=
ceptionis Mexici, ~~que se dize~~ quod dicitur del marques.

11. ¶ Idem dedit ministris indorum semel in vita et in ar=
ticulo mortis indulgentiam plenariam.

12. ¶ Idem dedit, quod quoties quis ministrat sacramēta
indis, vel prędicant gratis: septem annos, et 7. quadra=
genas de indulgentia lucretur.

Indulg. ple. in diebus sanctorũ ordinis prędicatorũ. &c — 13 ¶ Pius ~~quintus~~ anno. 1571. conceſsit motu proprio, et ex
certa scientia, et de plenitudine poteſtatis ordini prędica=
torum in noua hiſpania, in omnibus domibus, et monaſte=
rijs constructis, et construendis, perpetuis futuris tem=
poribus, quod die Sancti Dominici, et sancti Thomæ

de Aquino, et sancti Vicentij, et sanctę Catherinæ de Senis, qui Ecclesias prędicti ordinis visitauerint, et preces pias ibi pro augmento christianę religionis et sedis apostolicę felici statu, ac fidelium conuersione effuderint, toties plenariam omniũ peccatorũ indulgentiam, et remissionem in forma jubilei. Per cõmunicationem eadem indulgentia sanctis proprijs ordinis minorum, et Sancti Augustini in noua Hispania. Et dicit summus pontifex, quod qui in prędictis festiuitatibus, et eorum octauis confessus, et contritus eucharistiam sumat, ~~indulgentiam plenariã~~ consequatur. Et qui in festo sancti Dominici, et sancti Thomę, et eorum octauis celebrauerit vel pro sua deuotione celebrare fecerit, toties ~~quoties~~ eandem indulgentiam plenariam consequatur per modum iubilei.

Idẽ in festis sanctorũ aliorũ ordinũ.

\+ easdẽ indulgentias a fortiori

14. ¶ Idem dat religiosis, qui ad indorum conuersionẽ proficiscuntur, quod in die, quo mari se cõmisserint, et sic in quo peruenerint, vel in itinere discesserint indulgentiam plenariam consequantur in forma iubilei dicta.

15. ¶ Item idem pontifex concessit omnibus religiosis scientibus idioma indorum toties quoties munus docendi indos exercuerint centum dies de iniunctis penitentijs.

~~¶ El mesmo concedio a todos los fieles delas indias por cada vez que rezaren el rosario que en vna delas quentas benditas que su sanctidad bendixo para todas estas tierras a. 9. de Abril de 1569. quarenta dias de perdon.~~

~~¶ El que rezare el dicho rosario en dia de fiesta o domingo gana cien dias de indulgentia.~~

~~¶ El que estuviere confessado, y comulgado las~~

fiestas

fieſtas de nueſtra señora, y domingos, rezando el dho
roſario gana cinco años y otras tantas quarentenas
de indulgentias.
¶ Los cofrades del rosario cada vez que rezarē
cinquenta aue Marias y cinco Pr. nr. ganan cin-
co años de perdon y otras tantas quarentenas de
las penitentias, que sus confeſsores les puſieran.
Hec Sixtus Quartus.
¶ Vn legado apostolico concedio alos sobre dichos por
cada roſario cien dias de perdon, para siempre, y
Leon Decimo, lo confirmo.
¶ Leō decimo concedio alos sobre dichos, que
tres vezes rezaren el rosario, por cada vez les
concede diez años de perdon, y otras tantas qua-
rentenas delas penitentias, que los confeſsores les
impuſieren.
¶ Vrb. 4. y Jho. 22. concedieron, todos los que nom-
braren el nombre de Jesus Maria por cada vez cier-
tos perdones, que son cada vez rezando el rosario
entero ſeſenta y siete años y quarenta dias de per-
don. Hec omnia predicta in libro vocato roſarium
beate Marie.
¶ Confeſsor poterit ~~iniungere~~ applicare penitentibus, quos a pec-
Notadu est hoc. catis absoluerint, has indulgentias, et que ſequuntur,
ut satisfaciant pro pœnis suis peccatis debitis.
~~¶ Iulio 2. confirmo, y de nueuo concedio atodos los~~
cofrades del rosario donde quiera que estuuieren to-
dos los cofrades perdones, y indulgentias, estacio-
nes, y remiſsiones de peccados concedidos por qual-
quiera de sus predeceſsores o por legados o por arço-
~~biſpos, o obiſpos a la dicha cofradia.~~
16. ¶ Leo ~~decimus~~ 10. conceſsit, quod omnes tam fratres,
quam ſeculares dicentes 15. Pater. nr. cum aue ma.
pro exiſtentibus in peccato mortali in qualibet vice,

conſequuntur remiſſionem 3ᵉ partis ſuorum peccatorum, quia hoc eſt maximæ charitatis opus.

¶ Idem conceſsit, quod dicendo semel indie quinquies pater nr. et aue maria, in honorem ſeu memoriam quinque plagarum christi, et quinque precipuorum doloru beatæ Mariæ conſequantur indulgentiam decem milium dierum et totidem annorum. 17.

¶ Nota, quod fratres gaudent hac conceſsione ſicut seculares, quia quando erant ſeculares gaudebat, ergo et poſtquam sunt religiosi, quia non repugnat eorum ſtatui, alias eſsent deterioris conditionis.

¶ Idem Leo 10. conceſsit fratribus prędicatoribus, quod si aliqua ſit indulgentia conceſsa in die alicujus sacri ordinis, et solemnitas tranſfertur, vel ratione interdicti, vel alia causa etiam indulgentia traſſfertur indie quando celebratur feſtum. Vide in compedio priuileg. interdictum. 2. conceſsione. 9. 18.

Bona conceſsio, quãdo feſtu tranſfertur.

~~¶ Frater Antonius ortiz minorita à Paulo tertio~~ habuit, quod ~~religiosi~~ dicentes. 6. ~~pater. nr.~~ et totide aue ~~Maria~~ vbicumque ~~locorum~~ dicant in ~~via~~ ~~vel~~ in ~~agro~~ lucrantur indulgentiam à Leone ~~Decimo~~ co~~cessam~~.

¶ Adrianus. 6. conceſsit, quod qui dicat in pulsatione campanę ad aue mariã, ad primum signum. Angelus domini nuntiauit marię, et concepit de Spiritu Sancto, et vnum Aue Maria. Et in secundo signo. Ecce ancilla domini fiat mihi secundu verbu tuum: et aliud aue Maria. Et in tertio signo. Verbu caro factum eſt, et habitauit in nobis. cum alio aue maria. lucrantur indulgentiam plenariam. Hoc conceſsit Guardiano Burgensi Marquina petenti, ut eſt scriptum in tabula apud minoritas Hispali. 19.

Hęc conceſsio eſt pro omnibus mendicantibus.

¶ Fratres minimi habent, quod die lunę et mercurij in omnibus conuentibus ſui ordinis prelatus, qui 20.

dicitur

dicitur corrector, et conuentualium antiquioꝛ cele-
brans pro aliquo defuncto, à purgatorio liberet, et si
in domo eſt prouintialis ipse eſt, qui extrahit anima͂
à purgatorio, Hac indulgentia per participationem fru-
untur omnes mendicantes. Hoc affirmauit com-
miſsarius floridę frater Petrus de sant Luys, qui
inquiſiuit à minimis Hiſpali sic eſse. +++

+++ Poſtea inuentu͂ eſt fuiſſe conceſsione͂ clem. 7. facta͂ ordini minimoru͂, quę poſtea comunicata eſt societatis fratribus. Vt pʒ in suo cop: verbo. Indulgentia.

~~¶ Indulgentię quo ad fr̃es.~~

¶ Vt penitentes poſsint pro suis peccatis plenius sa-
tisfacere confeſsoꝛ illis iniungat prędictas indulgen-
tias, quod erit valde vtile pro expiatione pennarum, quæ
debentur satiſfactioni, et penitentię, + penitentes ſu͂t
~~¶~~ Confratres roſarij beatę Marię satisfacient ad-
implendo, quę concęduntur eis.

+ Præcipuè ſi

¶ Ex compendio ſocietatis indico ex greg. 13. quando
ad acquisitionem indulg. plenarię vel Jubilei requi-
sita eſt confeſsio, et euchariſtiam, Si tamen per ętate͂
vel aliud legitimum impedime͂tum, no͂ poſsu͂t confiteri,
vel comunicare, indulgentiam consequuntur, et qui cul-
pabiliter non receperunt, si post sublato impedime͂to
perfecerint, quę perſcribuntur, indulgentiam conſequa͂-
tur, etiam si dies constitutus pręterierit. Hęc eſt
magna conceſsio.

Si qn͂ indulge͂tia, vel Jubileꝰ datur cu͂ aliqua co͂ditione, quis non adimplet, postea tra͂slato tp͂ore adimple͂do, consequetur.

¶ Qui infirmos indos visitauerit, toties, quoties. 25.
annos indulgentię, et si pernoctauerit cum infirmo
50. annos. Durat hec conceſsio greg. 13. vſqʒ ad an-
num. 1593.

¶ Ex pio ~~quinto~~ viuę vocis oraculo, patres de ſo-
cietate poſsu͂t in articulo mortis infirmis. 7. annos
et 7. quadragenas indulgentiarum concedere.

¶ Ex compendio in communi Paulus. 3. viuę vocis
oraculo. Qui confitetur sua peccata alicui de ſoci-
etate ſemel inuita, conſequitur indulgentiá plenariam.

¶ Generalis, prouintialis, et alij superiores quomodo cumq; ex obitu transferri contigerit, et antiquior vnus socius quoties celebrat fe. 2. et. 4. animam è purgatorio liberet.

¶ Paulus 3. anno. 1544. concessit religiosis mendicantibus, qui de licentia suorum prelatorum proficiscerentur ad quascumq; terras infidelium, ad quamcumq; mundi partem ad eos conuertendos, ut ~~tanq;~~ legati, et cōmissarij, eiq, et eis concedit omnes gratias concessas à suis predecessoribus illis, qui ad terras infidelium. Et sic sunt confirmata, que per Nicolaum quintū. Gregor. 9. Leon. 10. Adrian. 6. Clemen. 7. et alios pontifices. Hec est magna concessio, et dat, quod sit liberū eis, quandiu voluerint ibi permanere.

Religiosi qui ad couertendos infideles proficiscuntur, sunt legati pa… vadat taq; pe.

¶ Ingredi monasteria

¶ Pius ~~Quintus motu proprio, et certa scientia, et de plenitudine potestatis~~ reuocauit omnes licētias concessas ingrediendi claustra religiosorum, et sub sententia excomunicationis late sententie, postq; habuerint notitiam literarum, et prelatis, et omnibus prepositis, et subditis sub priuatione officij et suspensionis ipso facto, tales mulieres non admittāt ingredi claustra ipsorum.

+ præcipit, vt

¶ Idem pontifex postea anno. 1569. declarauit intelligi de omnibus mulieribus, etiam non habētibus licentiam ingrediendi monasteria. Et declarat, quod poterunt ingredi claustra, quando ibi missa, vel alia diuina celebrantur, vel processiones fiunt, aut cadauera ibi sepeliuntur, aut pro eis celebratur.

¶ Et Grego~~rius Tertius Decimus~~ 13. anno. 1575. confirmauit illa, que à Pio ~~Quinto~~ 5. sunt data, et denuo omnes licentias reuocauit.

Inquiſitores.

¶ Sunt multę conceſsiones ſummorum pontificū eximentes fratres mendicantes à iurisdictione inquiſitorum tam ordinariorum, quam apoſtolicorum, neq; iuriſdictionem ſuam ~~nec aliquam~~ in fratres pręfatos exercere quomodolibet valeant sub pęna excomunicationis latę sententię, et quod oppositum sit irritum, et quod solum teneantur fratres prędicti apparere coram Romano pontifice. Hęc omnia conceſsit Leo.10. ~~Decimus.~~ Immo addit, quòd etiam si conſiſtorialiter procedant inquisitores, ex Sixto 4 ~~Quarto~~ conceſsa ſūt ~~est~~ Carmellitis ſupradicta. Quę omnia vide in cō~~pendio~~ priuilegi~~orum~~. conceſsi~~one~~.4. et ~~octaua~~.8.

~~¶ De exemptione fratum ab omni iuriſdictione ordinariorum, et aliorum, habes supra verbo. exemptio fratum, et in bulla Pij.5. habes (quod non obſtante concilio tridentino) eximuntur fratres mendicantes ab episcoporum dominio, iurisdictione et potestate, perinde ac si fuiſset ante concilium tridentinum.~~

¶ Dubitatur, an per hanc Pij.5. conceſsionem, et exemptionem eximantur fratres pręfati à iuriſdictione inquisitionis ordinarię epiſcoporum? R^r. quòd cum iuriſdictio hęc inquisitionis ordinariæ episcoporum, et alia, quam exercent ijdem epiſcopi in alijs negotijs, et casibus sit vna, et eadem: nec differant, quia vtramq; habent, quia pastores plebis, et ~~quia~~ episcopi populorum, si fratres eximuntur simpliciter, et absolutè ab omni iuriſdictione epiſcoporum, sequitur profecto, quod sint etiam exempti à dicta iurisdictione inquisitionis.

Religiosi sūt exēpti a iurisdictione epiſcoporū, qn procedūt vt Inquisitores.

¶ Confirmatur, quia alias quomodo verificaretur illud, quod conceſsit dictus papa Pius ~~quintus~~ his

verbis

verbis (sicut eximimus dictos fratres ab omni iu-
riſdictione epiſcoporum) si iuriſdictio epiſcoporum ſit
una tantum, et Papa eximit prędictos fratres ab om-
ni iuriſdictione epiſcoporum? ~~habeo intentum~~. Si aut
dicta iuriſdictio eſt duplex. ſ. quia punit peccata
eccleſiaſtica, secundum ius canonicum, et altera, qua
punit hęreſes, sufficienter exprimitur, dicendo,
quod eximendo fratres ab omni iuriſdictione, alias
quomodo verificarentur verba ~~Papę~~ Pij. 5. ab omni iu-
risdictione epiſcoporum, eximimus fratres, si manet
subiecti alicui epiſcoporum iurisdictioni? Itē quia
iam fratres non eſsent per bullam Pij. 5. exempti,
sicut ante conci~~lium~~ tri~~dentinum~~, quod tamen cō-
trarium dicitur ibi ſ: eximimus, et liberamus dic-
tos fratres mendicantes ab omni iurisdictione epiſ-
coporum, prout eis conceſsum eſt per sua priuilegia.
Et in fine bullę dicitur (non obstantibus conci-
lijs. gen.) sed ante con~~cilium~~ tri~~dentinum~~ erant
dicti fratres exempti per ſua priuilegia ab inquiſi-
toribus tam ordinarijs, quàm apoſtolicis, ut dictū
eſt ſupra in principio hujus verbi. Ergo si hęc priuile-
gia dictis fratribus redduntur, et denouo concedū-
tur, non obſtante con~~cilio~~ Tri~~dentino~~, et alijs quibuſ-
cumq;, certè erimus exempti à iuriſdictione in-
quiſitionis ordinarię epiſcoporum. &c.

¶ Sed dices, ergo eximuntur dicti frēs mendicātes
a iuriſdictione inquiſitionis apoſtolicę. Et uidetur
quod non, quia licet de nouo eis concedantur ſua
priuilegia per dictam bullam: Et ad finem ut ea
quę ibi Pius ~~quintus~~ 5 dictis fratribus concedit for-
tius, et firmius perſeuerent, sic enim videtur dicere
infra pag. 19. quando dicit. Ac insuper ut facilius

Dubium

premiſsa

premiſsa omnia illibata perſiſtant, que .ſ. ordinauim9 ad tollenda grauamina, quę ordinarij inferebant dictis fratibus, omnino priuilegia eis concedimus.
¶ Rx.r quod quidquid sit dehoc, an .ſ. solo illo fine Papa conceſserit dicta priuilegia, nec ne, hoc tamen eſt certum, quod inforo conscientię fratres mendicantes sūt omnino exempti ab inquiſitione apostolica, et ab eius censuris per nouam con~~seruationē~~ ceſsionē factam fratibus minoribus inforo conſcientię dūtaxat per Pium Quintū, anno. 1566. die .13. Maij omnium preuilegium suorū cum singulis clausulis, decretis, et derogationibus in eis contentis, Vide supra. abſol.o 3. conceſsione .9. nota .3.

Notandū, in foro conscię fratres ſūt exēpti ab omni cēsura inquiſitorum

¶ Sed indictis priuilegijs habetur omnimoda exēptio ab inquisitione apostolica, ut dictū eſt hic in principio, ergo inforo conscientię omnino dicti fratres sunt exempti à dicta inquisitione apostolica. Probatur, quia de nouo modo conceditur, ut ibi dicitur, ergo reuiuiſcūt, ergo derogatur per ea omnibus ipoz ~~ipsis~~ gratijs, qualia ſunt priuilegia inquisitorum, quę habebant contradictos fratres.

¶ Nota .2. quod leges inquisitorum apostolicorū, et eorū excōmunicationes nō plus ligāt, quā leges, et excōmunicationes summi pontificis, cū sint inferiores. Et sic quia leges Papę, et excōmunicationes non ligant, quo ad hoc, vt earū transgreſsores incurrant culpam, vel pęnā, si ignorent eas inuincibiliter, immo etiam si ignorent prędicta vincibiliter, vt tenent Silueſt. verbo. Ignorātia .§. 8. et excōmunicatio. 10. §. 3. Nauarro. c. 27. numero .16. Et hoc oportet, dicāt iuristę quia secūdū eos nullus incidit in excomunicationem, nisi ſit in dolo. quod tenet Jo. And. c. quantę. de ſenja.

Ignorans inuincibiliter.

Ioa. Andr.

excō-

excõmunica. in nouellis: Innocent. c. cũ medicina-lis ibi in. 6. et Barth. Idem ergo dicendũ erit de excõmunicationibus inquisitorum, quod clare dicit .c. vt animarũ. de ~~const. 6.~~ cõstitutio. in. 6.

¶ Sed dices, nunquid non sufficit habere notitiam vel per auditum, vel relationem, vel per simplicem scripturam impressam? R°. quod adhoc quod lex summi pontificis liget quo ad penam, vel culpam, oportet quód promulgetur authentice in his terris, ut dicitur. c. fin. de fide instrum. ~~quod~~ Et interim non tollunt priuilegia, et per consequens non ligant fratres mendicantes, sicut dictum est delegibus, et excõmunicationibus Papę. Nec etiam cathalogus librorũ prohibitorum, qui ad has partes venit impressus, et Tabellionis nomine firmatus sancti officij tollit nostra priuilegia, et exemptionem, tum quia postea denouo reddita sunt nobis nostra priuilegia, ut dixi supra, tum etiã quia ibi non demonstratur nobis potentia, quam habẽt patres inquisitores à Papa super nos fratres mendicantes, ~~nec nunq̃ in hoc nouo orbe fuit promulgata authentice eorum potestas~~, et nomen Tabellionis non sufficit, quia secundum iuristas .c. fin. de fid. instrumen. nomen solius tabellionis non facit fidem, quia oportet episcopi sigillum interuenire. Sic datur fides nostris priuilegijs, vt concessit Leo. 10. et habetur in cõpẽdio priuilegiorũ. verb. priuilegium. concessione. 31.

At uero dato hęc sint vera, oportet tamen reuerere ri mandata patrum inquisitorum, sic ut cũ aliquid exierit, ex eorũ consistorio, etiã si hic plenã probatione nõ habeamus, primi omniũ nos fratres medicãtes eorũ iussa capiamus.

Modo autem iam aduenit sanctũ officiũ inquisitionis apostolicę in has terras et publicata est eius potestas, et per consequens eius iurisdictioni nos omnes subijcimur. Item absq; dubio habent plenissimã iurisdictionẽ super religiosos, quia sic expedit, q̃uis non ostendant. Et sic pro certo tenẽdũ, eos habere iurisdictionẽ, quã exercent in religiosos. Sic practicatur in Peru, et in noua hispania.

Nullus incidit in excõicationẽ nisi sit indolo.

Adhoc quod lex summi pontificis obliget, requisita promulgatio authẽtica.

~~A fortiori excõmunicationes inferiorum nõ ligat con. priuilegia nisi authentice publicetur.~~

Caie. 1. 2. q. 90. ar. vl. Soto de ius, et iu. lib. 1. q. 1. ar. 4. Bartho. de medina 1. 2. q. 90. ar. 4. ~~colre~~ con. 2.

~~Notandum~~

Rescriptũ

~~In scriptura seu rescripta con. priuileg. non facit fidem solũ nomẽ tabellionis si deficit sigillum episcopi.~~

INTERDICTVM.

Pro hac materia eſt ſciendũ, quod omnes religioſi, etiam fratres mendicantes tenentur seruare interdictum Papę, vel ordinariorum, quod audiuerint, vel sciuerint ecclesiam matricem loci seruare, alias ſũt excomunicati per Clement. ex frequentibus, de sententia excõmuni. Vide Caiet. excom. 67. et quãdo incurrant irregularitatem tractat Sil~~uester~~ interdictũ. 5 ~~quintum~~

Caiet. Siluest.

¶ Nota. 2. quod ex concil. conſtanti. habemus, quod nullum interdictũ eccleſiaſticũ seruare teneantur fideles, niſi fuerit à iudice denuntiatũ, vel publicatum, specialiter, et expreſſe contra perſonam, vel ecclesiã, vel locum, vel uniuersitatem, sic videbis apud Caietanũ, in fine excõmunicationũ, et vſus eſt, vt statim quod interdictũ ponitur, veniat tabellio cũ teſtibus ad notificandum conuentibus religiosorũ, vt fieri sępe vidi, et ſecundum hunc vsum declarantur verba Clementinę dictę ex frequentibus. de sent. excom. ſ. quando sciuerit, vel audierint matricem loci seruare interdictum, sed hoc eſt ad ſciendum, quę personę sũt interdictę et vitandę, non autem ad notificandum interdictũ, quia dicit Clemẽtina, quod viderint, vel sciuerint seruare. Vide c.[m] illud de cleri. exco. Panor. numero. 4. et sic quando fratres audiunt campanas pulsari in ecclesia matrice, + ~~a interdicto~~, claudunt ianuas ecclesiæ.

Caiet.

\+ pro interdicto

¶ Nota. 3. quod quando ecclesia est interdicta, vel capella, tunc nullo modo poſſunt ibi diuina celebrari quia tũc incurreretur irregularitas, ut habetur c. ijs qui. de sent.ª excõmu. 6. Silueſt. §. 15. Sed dices, quomodo ergo tempore interdicti celebrantur diuina in omnibus ecclesijs? R.[r] ex glo. nota. sup. c. alma mr 6. verb. ecclesijs, quod tunc diuina aguntur nõ in ecclesijs interdictis, sed in ecclesijs sitis in loco interdicto.

Siluest.

¶ Nota. 4. quod per conc~~ilium~~ trid~~entinum~~ derogatum fuit pluribus priuilegijs, quibus frẽs mendicãtes poterãt

rant tempore interdicti ianuis apertis celebrare, dicitur enim sessio. 25. c. 12. censure, et interdicta nedum a sede apostolica emanata, sed etiam promulgata ab ordinarijs, mandante episcopo, à regularibus in eorum ecclesijs publicentur, atque seruentur. Et in fine. c. 12. dicitur non obstātibus eorū omniū priuilegijs.

¶ Prima concessio. Pius ~~Papa~~. 5. in dicta bulla pag. 15. et. 16. limitauit prędictum decretū concilij per hęc verba. Si tamen tempore celebrationis alicuius ex festis sanctorū ordinum eorūdem, ac alias in alijs festiuitatib⁹ iuxta priuilegia apostolica interdictū huiusmodi emanauerit, illud in prefatis festiuitatibus, et eorū octauis suspēdimus; Hęc Papa. ¶ Sed sunt hic dubia, quę ex hac Pij. 5. concessione consurgunt. — Pª. cōcessio. — + intelligēdū, quū ait:

¶ Quid venit in hac concessione Pij. 5. (ac alias in alijs festiuitatibus iuxta priuilegia dictorum ordinū) concesserat enim pontifex, quod in festis sanctorū ordinum mendicatiū suspendebat interdictum. Postea vero (ac alias in alijs festiuitatibus iuxta eorumdem ordinum priuilegia apostolica) addidit, quę sūt istę festiuitates? — Primū dubium.

¶ Non sūt festa, in quibus ius cōmune suspendit interdictum, ut in Assumptione beatę Marię, festo corporis Christi, Paschę, Penthecostes, ~~festoque Conceptionis beate Marie, ubi dicitur officium cuiusdam protonotarij Leonardi Nogarolo, et non aliter, ut aduertit Nauar. c. 27. numero. 182~~. Hec enim festa non possunt dici festa ordinum mendicantium, sed totius xpianismi, quia ei conceditur. — Prima conclo. — ~~Nauarro.~~

¶ Nec etiam sunt festa sanctorū suorū ordinū, quia iam Papa concesserat in illis suspensionē interdicti, quę igitur sūt istę festiuitates? Rᵉ quod in ordinib⁹ mendicantiū sūt festa, quę iuxta eorū priuilegia suspendebātur interdictum propter cōmunicationē priuilegiorū cū ordine Sancti Benedicti, puta in die Sancti Joannis baptistæ, Sancti Martini, et in die Conceptionis — ~~Secunda conclo.~~

Conceptionis beatę Marię, et Natiuitatis, et Visitationis eiusdem beatę Marię, et per octauas dictorũ sanctorũ, ut habes in compendio priuilegiorum. 2ę impreſs. verb. interdictũ. conceſsione. 10. et Nauarro. c. 27. numero. 284. Et si opponas, quòd nõ videtur hoc priuilegium ordinum mendicantiũ quia nõ eis conceſsum eſt sed ordini. S. Benedicti. Dico, quòd dato dictis ordinibus primũ conceſsũ nõ fuit, postea tamen quando Papa conceſsit cõmunicationẽ omniũ priuilegiorum monachorum, veré, et realiter conceſsũ eſt eis illud priuilegiũ, et sic verificatur, quòd per priuilegiũ apostolicum non ſeruabant interdictũ, et quòd est priuilegiũ ordinum mendicantium. (margin: Nauarro.)

¶ Secunda conceſsio. Leo decimo declarauit, et cõceſsit fratribus minoribus, quòd nulla ſit differentia inter ceſsationem à diuinis, et interdictũ quodcumq3. Vide in compendio priuileg. interdictũ. 1. cõceſsione 17. Notat author compendij priuilegiorũ hic, quòd duo insignes doctores Salmantinj concluſserunt, quòd si ceſsatio à diuinjs fuerit in toto oppido, vel generalis, quòd tũc debet eadem ſolemnitas seruari in celebratione diuinorum, quę seruatur in interdicto loco, vel ciuitate. (margin: 2ª. cõceſs.)

¶ Tertia conceſsio. Iulius tertius conceſsit fratrib[us] Augustinienſ. ut quę ordini suo sunt pro tempore generalis interdicti conceſsa, etiam omnia in speciali interdicto intelligantur eſse conceſsa, in quo licere eis voluit eadem omnia, quę in generali interdicto licere conceſsum eſt, quam magnificat author compendij, cęlum vſq3 illam efferens; et in fine. interdictum 3. in primo nota. Dicit, quòd speciale interdictũ eſt, quando interdicitur ecclesia, vel ecclesię, aut aliquid aliud in ciuitate seu loco, quia ex quo extra hęc loca, liceat celebrare, cenſetur interdictum speciale, et quod quando interdicũtur homjnes, et nõ locus, (margin: 3.ª conceſs.; Notanda pro debita intelligẽtia et differẽtia generalis interdicti, et specialis.)

locus, tunc exclusis illis poterit sacerdos celebrare diuina solemniter in ecclesijs illius ciuitatis hominum interdictorum, quia alma mater, et alia iura loquũtur de interdicto locorum. Et 2. notat author cõpendij, quod omnes concessiones tam iuris cõmunis secundum cap. alma mater, aut preuilegiorũ factę sunt, et cõmuniter fuit, pro interdicto generali ~~sunt~~, ut dictũ eſt ſupra conceſs. 1. not. 3. et sic eſt inaudita illa conceſsio facta Augustimenſibus. ſ. quod in speciali interdicto poſsũt diuina agere ~~et~~ in eccleſia interdicta, sicut fiũt in generali interdicto. Hanc conceſsionem vide. verb. interdictũ. pri. conceſs~~ione~~ 14. in cõp~~endio~~ priuileg~~iorũ~~.

¶ Quarta conceſsio Leo. 10. conceſsit generali, et alijs abbatibus, Prioribus, et abbatiſsis, monachis, et monialibus, conuersis seruitoribus, et seruitricibus monasteriorũ et prioratorũ ordinis sancti Benedicti congregationis hispanię pro tempore exiſtentium, vt in feſtis conceptionis, et visitationis beatę Mariæ, ~~et eiusdem~~ virginis, et Sancti Ioan. baptistę natiuitatibus, nec non sanctorum benedicti, abbatis, Martini episcopi et confeſsoris transitũm, et tranſlationum ac ſanctorũ Gregorij Papę Jldephonsi archiepiscopi toletani Antonij, et Bernardi abbatũ, ac beatorũ Marij, ac placidi diſcipulorũ, et sanctę Scolasticæ sororis eiusdem. s. Benedicti Adelesmi confeſsoris, nec nõ in quorũcunq; aliorũ sanctorũ, et sanctarũ sub quorũ inuocationibus monaſteriorũ, Prioratum et locorum vtriuſq; sexus dicti ordinis et congregationis eccleſię ſunt dedicatę, seu quorũ corpora in ipsis ecclesijs recondita ~~respectiue~~ existunt, nec non hebdomadę sanctę, et resurrectionis dominicę feſtiuitatibus, et per octauas earũdem omniũ supradictorũ feſtiuitatũ, nec non quoties monachi et moniales profeſsionẽ emiſserint, aut primã miſsam celebrauerint, seu eos in ecclesijs. ſ.

Ampla tpore interdicti conceſsio.

cleſijs, vel cimiterijs monaſteriorũ, Prioratuũ, et aliorum locorũ dicti ordinis, et congregationjs hum^a^ cadauera sepulturę tradere contigerit tempore interdicti, et ceſſationis à diuinis, quacũq; authoritate etiam apostolica impositorum, dummodo hujuſmodi interdicto causam nõ dederint, nec id eis contigerit specialiter interdici, apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim interdictis, et excõmunicatis excluſis, miſsas, proceſsiones, et alia diuina officia solemniter et in cantu celebrare. Hec in compendio priuilegiorũ. 2ę impreſsionis. interdictũ. 2. conceſsi. 10.

CJDC ¶ Leo. 10. conceſsit, quod ipsimet monachi. S. Benedicti congregationis Hispanię, et moniales, conuersi, et conuerſę, nouitij, et nouitię, seruitores, et seruitrices singulorum vtriuſq; sexus, monaſteriorũ, prioratuum, et locorum prędictorũ eorũdem interdicti, et ceſsationjs à diuinis tempore, eucharistiã, et alia ſacramenta eccleſiaſtica absq; alicujus censurę, seu penę incurſu recipere poſsunt, ac ipsi monachi, quibus personis cũ prędicta solẽnitate, à primis dictarũ festiuitatum ~~(quę dictarũ in conceſsione hac. 4. leonis. 10.)~~ vesperis vsq; ad occasũ solis vltimi diei octauarum, hujuſmodi dierum, celebrare, recipere, ac dare, libere et licite poſsint, et valeant. Dũmodo ipsi, vel eorũ aliquis interdicti causã nõ dederint, nec eis specialiter interdici contingat. Hęc habẽtur vbi supra in hac. 4. conceſsione.

¶ Quinta conceſsio, Leo. 10. conceſsit fratribus minoribus, et declarauit, quod priuilegiũ conceſsum de suspendendo interdictum in festis sanctorũ sui ordinis, intelligitur de diebus, quibus talia cadũt festa, etiam si propter alia maiora festa occurentia

eorum

Interdictum.

eorum officium in aliū diem trāſferatur. Et similiter declarauit, quod indiebus hujusmodi ſuſpensionū interdicti poſsūt fratres in domibus suis intra et extra ecclesiā dicere, et facere omnia iſta, quæ nullo existēti interdicto fieri poſsūt, et hoc propter scrupulum aliquorum, qui dicunt quod quando suspenditur interdictum propter aliquod festū nō poſse dici nisi officium, et miſsā illius festiuitatis, sine aliјs collectis, et orationibus. Et declarauit idem pontifex hoc idem seruādum infestis, in quibus secundum ius cōmune suspēditur quoqꝫ interdictum. Hęc habētur in cōpendio priuileg. verb. interdictū. 2. conceſsione. 7. Aduertit collector priuilegiorū, quod virtute hujus declarationis nō poſsūt fratres sepelire seculares tēpore talis suspensionis, aut alia similia facere.

¶ Sexta conceſsio, Idem pontifex conceſsit fratibus prædicatoribus, ut quoties feſtiuitates sanctorū Dominici, Petri martyris, Thomę, Vincentij, et Catherinę, et earum octauę quomodocūqꝫ etiam pertranslationem celebrandę occurrerint tempore, quo ciuitates, oppida, et loca, eccleſiastico interdicto etiam authoritate apostolica, sūt supposita, in ecclesijs domorum ſuarū, et monaſteriorum, quorum cura dicto ordini eſt cōmiſsa, nisi ecclesię supradictę, vel huiuſmodi fratres nominatim eſsent interdicti, aut causam dederint interdicto, aut foueant. Poſsint pulsatis campanis, apertis ianuis, interdictis, et excōmunicatis exclusis alta voce miſsas, et alia diuina officia diurna, et nocturna indiebus feſtiuitatū prędictarum, et octauis earum respectiue durātibus, etiam si per octauas ipsarū, et in die octauarū, non nisi memoria de sanctis fieret libere, et licite celebrare, ac voluit, ut quoties dictarum octauarū et feſtiuitatū

ſtiuitatum earumdem celebrationes qualibet ex cauſa etiam extra tempus interdicti transferatur, etiã indulgentię dictas ecclesias infestiuitatibus hujusmodi, et per earum octauas visitantibus pro tempore cõceſsę ad tempus celebrationjs hujusmodi sũt, et censeantur translatę. Vide in comp~~endio~~. verb. interdictũ. 2. conceſsi~~one~~. 9. ~~Vnde hic transcripsi~~.

Quãdo feſtũ transfertur etiã cũ octaua etiã indulgẽtia transfertur.

¶ Septima conceſsio. Iul. 2. conceſsit fratibus minoribus, quód tempore interdicti ordinaria authoritate appositi, poſsint sepelire in ecclesijs suis libere, et licite corpora fratrũ eiusdem ordinis, et hoc cum ceremonijs solitis in ordine, ac pulsatis capanis miſsam, et alia diuina officia in similibus celebrari consueta, in omnibus, et per omnia, ac si interdictum huiuſmodi appositum non eſset. Hęc habẽtur in cõp~~edio~~ priuilegi~~orũ~~, interdictũ 1°. conceſs. 13.

Fratres tempore interdicti cũ ſolẽnitate sepeliẽdi.

¶ Nota, quód hęc conceſsio tãtũ cõceditur, quãdo interdictum eſt ab ordinaria authoritate positum .ſ. episcoporum, archiepiscoporũ mandato, et authoritate: quoniã si tale interdictum positum fuiſset à legato, vel à conseruatore apostolico, vel authoritate apostolica, non poſsent prefati fratres perdicta cõceſsione vti.

¶ Octaua conceſsio. Eugen. 4. conceſsit monachis sancti Benedicti congregationis Hispanię, quód tempore interdicti generalis, vel specialis à iure vel ab homine quomodocumq; lati, libere et licite in sujs monasterijs, siue ecclesijs, aut capellis, eorũ poſsint recipere ad audiendam miſsam, et alia diuina officia omnes, et singulos donatos, oblatos cõmiſsos, aut quoscũq; familiares, officiales, et seruitores quorumlibet monasteriorũ hujusmodi, ac eis eucharistiam, et alia sacramenta ecclesiastica ministrare, eorũq; corpora tumulare, siue tumulari facere, dum tamen nullus iſtorũ dederit causa

interdic-

interdicto, secreto tantummodo, ianuis clausis, et campa-
nis non pulsatis. In comp~~endio~~ priuilegi~~orum secunde~~ 2ae.
impreſsionis, interdictum. 3. conceſsi~~one undecima~~ 11.
¶ Nona coceßio. Clemens. 4. conceſsit, quod si quan-
do in terris, in quibus resident fratres minores ex-
comunicationis, seu interdicti sententias cotigerit pro-
mulgari, pueri seruitijs fratru deputati hujus modi se-
tentijs obnoxij minime habeantur, ibiq; poſsint audi-
re diuina officia iuxta formam, quę in ipsis locis in
eo casu à sede apostolica est conceſsa, nisi ijdem cau-
sam dederint, vel excomunicari specialiter, seu
interdici contigerit. ~~eodem~~ Vide in comp~~endio~~ pri-
uilegi~~orum~~. verbo. familiares. conceſsi~~one quarta~~ 4.
Nota, quod sup. verb. familiares tractatu fuit, qui
dicatur familiares, vide ibi, et seper notandu, quod
quando legerit prudens lector predictas conceſsiones,
debet reminisci eorum, quę in principio huius tituli
dicta sunt, ne erret.
¶ Ex compendio societatis indico. Ex Grego. 13.
vsq; ad annum. 1593. tempore interdicti, et ceſsatio-
nis à diuinis poſsunt fratres de societate celebrare
miſsas ianuis clausis cora scholaribus, si causa no
fuerunt interdicti.

Iuramentum.

¶ ~~Ex compendio societatis in comuni. Ex Pio. 5.
et Grego. 13. poteſt prepositus concedere licetiam
legendi libros prohibitos si quidem poſsut legere li-
bros, in quibus sunt annotationes et scholię hereticoru.~~
¶ Ex copendio indico societatis: ~~poteſt~~ prouincialis
per se vel per alios relaxare iuramentum, quod no sit in
preiuditiu iustu tertij, vt eſt de soluendis vsuris, et
quę debentur ex ludo prohibito. Viuę uocis oraculo.

#

¶ Libri prohibiti.

~~¶ Ex compe[illegible]~~
~~[illegible]~~

¶ Ex copedio societatis in comuni. Greg. 13. coceßit, q prepositus poßit cocedere licetia legendi libros prohibitos. s. vbi anotationes, vel scholię hereticoru sut. Et per comunicationa poterut prelati medicatiu. Ide hoc pnt prouinciales, et ~~qui ipsi~~ quos ipsi nominauerint. Hoc ipsu habetur in cop: indico.

~~Magister. Matrimoniu.~~

¶ De hac materia habitus est sermo sup. verb. absolutio primo. Et verb. capitula prouincialia. Et verbo. declarare. Et verbo, generalis. Et verbo, correctio.

capitula

¶ Matrimonium.

¶ De hac materia vide supra verbo. Indi, per totu et verb. capitula prouincialia, nota 2. et ~~de causis matrimonialibus Vide~~ absolutio. in concessi~~one~~ prima in fine.

¶ Pius V ~~Quintus~~ ad instantia religiosoru comoratiu apud indos anno. 1571. circa matrimoniu indoru et facilitatem repudiandi ipsorum, aut in quodam breui. ~~in hec verba, circa matrimonium indoru.~~ Et quibus fuit consuetu repudiare facile in tempore infidelitatis, et cu baptizatur, manent, cu illa, cu qua ~~quam~~ tempore couersionis ad fidem, habitabat sine diligentia prequia, an illa fuerit prima, an alia, que fuerat repudiata, ~~sequitur~~ adquietandas conscientias episcoporum, et religiosorum, illa, cu qua infidelis ad fidem conuersus est, habeatur ut vera, et legitima vxor. Et sic vult per alios iudicari. Hæc pontificis decisio debet cu iudicio recipi, si quidem si absolute intelligatur, quod inquocumque euentu, etia si sit alia prima, que fuit repudiata, est contra expressam ~~pontificis~~ iuris canonici determinationem. c. gaudemus, extra. de diuortijs. que fundantur in iure diuino, et naturali; Oportet ergo, intelligere Pium ~~Quintum~~, tunc verum tenere, ad quietandas conscientias, quando non potest inueniri illa prima repudiata, accepta affectu maritali, quia tunc possidentis melior est conditio. De quo vide in appedice speculi coiugioru.

Collector.

Mādatū.

¶ Mādatū in die cene dñi fieri pōt in ecclesijs fratrū mēdicātiū, et solēniter predicare hora, qua eis videbitur. Nec per locorū ordinarios, aut parochus pnt impediri. Sic Pius. 5.

¶ Missa

¶ De hac materia est videndum supra verb. celebrare. concessi~~one~~ 3. vbi multa diximus. Qui

bus adijciuntur ea, quę sequuntur.

¶ Prima conceſsio, Pius ~~Quintus~~ anno. 1567. in sua bulla conceſsit fratibus medicantibus, ut poſsint, quando eis placuerit, tam in diebus feſtiuis, seu dominicis, aut alijs totius anni temporibus miſsas celebrare, campanas pulsare, etiam quando ordinarij, vel alij quicumq; celebrauerint. Et prohibet, ne ordinarij, et alij quicumq; impediant dictos fratres, erga supra prędicta. Vide ubi supra.

¶ Idem conceſsit, ut omnes vtriusq; sexus fideles totius anni tempore miſsas, et offitia diuina, in ecclesijs fratrū audire poſsint, et quod dicti fideles nullatenus molestari poſsint, aut impediri per locorū ordinarios, seu rectores parrochialium ecclesiarū, aut alios quoſcumq; vllo pacto, causa, vel occasione valeat seu debeant. Sed prefati fideles audiendo miſsas, et alia officia diuina in ecclesijs dictorū fratrū diebus dominicis, aut feſtiuis, precepto ecclesię de illis audiendis satiſfeciſse censeatur. de hoc vide Nauarro. c. 21. n. 6. et Panor. c. 2. de parrochis. Et Syluest. miſsa 2. q. 5. §. 1.

Nauarro.
Panor.
Syluester.

~~¶ Mandatum in die cenę Domini fieri solitum in ecclesijs fratrum mendicantium solemniter facere poſse predictos fratres, siue in domibus eorum, et eadem predicare hora, qua eis uidebitur, nec per locorū ordinarios, seu rectores ecclesiarū, vel alios quoſcūq; prohiberi poſse, decreuit, et ordinauit Pius Papa. 5.~~

¶ Leo ~~Decimus~~ 10 conceſsit, quod quando fratibus minoribus cōmendantur miſsę, quę appellantur de sancto Amatore, vel de Sancto Grego. de consolatione, cum certis candelis, vel alię similes, vel quod non diſcontinuentur, satisfaciant fratres predicti dicēdo

cendo illas miſsas, ad quas magis dispositi fuerint, maxime de officio, de quo illo die recitant, et ad prę-dictas tali modo recomendatas, nullatenus teneãtur, pręcipue cum videatur hoc, quandam superſtitionẽ sonare. Hęc in comp~~endio~~ priuilegi~~orum~~. miſsa. 3. conceſsi~~one~~ .13.

¶ Ex compendio indico ſocietatis. Grego. 13. conceſsit, ut in vtraq; india cum opus fuerit celebrare poſsit, per horam ante diluculum, et per horam poſt meridiem..

Bis in die in diuerſis locis celebrare.

¶ Paulus ~~tertius~~ 3 cõceſsit, ut bis in die in diuerſis locis in partibus indiarũ liceat celebrare. Hac facultate poſsũt vti prouinciales, et quibus ipsi comiſserint. ++

++ Cõmunis conceſsio est pro mẽdicãtibus, et sic fiebat sine priuilegio in diuerſis locis de visita, qę illę ecclesię sũt ãnexę.

¶ Grego. 13. conceſsit, vt non obstante rubrica miſsalis, poſsit celebrans communicare fideles miſſa peracta.

Officium diuinũ.

P.ª conceſs.º

¶ Inno~~centius Quartus~~ 4. conceſsit fratribus minoribus, vt quando ratione itineris, vel alterius rei causa extra conuentus, seu loca sua, quemlibet vel quoslibet eorum contingerit degere, poſsint diuinũ officium fratres cũ fratribus aut simul cũ alijs regularibus personis, vel quilibet separatim facere, alioquin Romano, ordine, placuerit, et quód id sufficiat ad persoluendum debitum, quod ratione regulę tenentur, nec iterum proprium officium dicere teneantur. in compẽ~~dio~~ priuileg. miſsa. p.º conſ. 4.

Secũda conceſs.º

¶ Inno~~centius octauus~~ 8. conceſsit, quód quando fratres minores aliquid dimittunt de diuino offi.º non ex dolo, poſsint supplere cũ aliquo psalmo vel dicendo Pater nr̃, et Aue Ma.ª vide vbi supra officiũ diuinum. conceſs. 3.

¶ Leo ~~decimus~~ 10. concessit, quòd fratres minores dicẽdo horas canonicas, vel alia officia diuina, in choro vel extra satisfaciant precepto. c. dolentes. de celebra. ~~dicendo studiose pariter, et deuote,~~ ac etiam regule sue, etiam si propter aliquam fatigationem, vel aliam causam dicant sedendo, aut deambulando, vel non integre verba proferendo, ut scripta sunt propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam pronuntiationem naturalẽ, ~~vel propter defectum lingue~~, seu alias qualitercumq; ore imperfecté dicant, aut cum mentis distractionẽ, et sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hec fiant. — Tertia concess.

¶ Et similiter concessit, quòd qui cum talibus male proferentibus, vel alios supradictos defectus facientibus dicunt officium, non teneantur recitare ab alijs imperfecte, aut ab eis non integre dicta, seu audita propter distantiam localem, vel strepitum, seu aliam causam sed satisfaciant precepto ecclesie, et regule sue, qualitercumq; audiendo, que alij debent dicere presertim in choro. Vide vbi supra, missa. p.º concess~~ione~~. 8.

¶ Idem concessit fratribus, quod quando solus frater dicit officium diuinũ per se non teneatur dicere verbaliter, et vocaliter sed satisfaciat dicendo mentaliter. Quum prolatio verbalis sit precipue, ut ab alijs intelligatur. Vide vbi supra. concess. 9. — Quarta concess.º Prolatio mentalis sufficit.

¶ Pius ~~quintus~~ viue vocis oraculo concessit, quòd fratres minores in omnibus ferijs quintis, vbi non est sanctus duplex, vel semiduplex, etiam si sit simplex, et intra. 15. dies possit transferri, ~~fiat~~ + faciat officium de sancto sacramento sub solemnitate semiduplicis, excepto per totam quadragessimam, et in 3.ª dominica aduẽtus.

¶ Idem concessit, quód fratres sine scrupulo officium matutinũ possint per soluere ante solis occasum, dicto cõpletorio.

¶ Idem dedit, quòd fratres, qui ratione itineris, vel alterius occupationis, quando creditur, quòd cũ maiori — Officiũ diuinũ itineris ratione, vel alterius occupationis totũ simul dici pot.

deuotione

deuotione dicetur officium diuinum de mane, poſſint dicere totum officium vſq; ad completoriū incluſiue.

¶ Idem dedit, quód fratres clerici, qui non fuerint initiati sacris, qui propter suam imperitiam neſciunt recitare officium, dum hoc sic sit iudicatum à suis superioribus, dicendo officium laycorum, satisfaciant.

Oratoria.

¶ Grego. 13. conceſſit fratibus societatis, vt poſſint loca ad diuinū cultum deputare et ibi miſſas celebrare sine alia licentia.

Oleum.

¶ Gregorius .13. conceſſit vt in partibus indiarum oleo ātiquo per quatuor annos poſſint vti, vſq; ad annum. 1593. ¶ Leo.10. cōceſſit sine limitatione tēporis, q̄ p tres annos poſſint antiquo vti, vſq; dū sit nouū.

Ordines sacri.

¶ De hac materia est notandum, quód ante con~~ci~~ ~~lium~~ Trident. fratibus mendicantibus q̄; plura priuilegia erant conceſſa, ad ordines sacros recipiendos, sed per concilium multa fuerunt ablata. supra. abſolutio .2.

¶ Primum priuilegium, quod fuit sublatū per cōcilium fuit, quód non ordinentur regulares anteq; vigeſſimum quartum annum attingant in sacerdotes, vt patet seſsi~~one~~. 23. c. 12.

¶ 2m ~~Secundum priuilegium~~, quód in vno die non recipiantur duo ordines sacri, vt patet. ſeſs. 23. c. 13.

¶ 3m ~~Tertium priuilegium~~, quód regulares omnes examinentur ad recipiendos ordines sacros, ut patet seſsi 23 ~~one vigeſsima tertia~~. c. 12.

Prima conceſs.o

Ordines recipere ex.a tpora tib9 diebus festiuis, vel feriatis, cōtinuis, vel interpolatis.

¶ Clemens 7 ~~septimus~~ conceſſit fratibus prędicatoribus prouintię sanctę crucis de la española, et per consequens omnibus alijs mendicantibus Indiarum, ut poſſint tribus diebus festiuis, seu feriatis, continuatis, vel interpollatis, omnes ordines sacros etiam presbiteratus libere, et licite à quocumq; ma-

luerint

luerint antiſtite recipere, et quod poſsit dictus e-piſcopus catholicus prędictos ordines prefatis fratribus conferre.

¶ Et aduerte, ~~quod~~ circa extrauagantes, quę citātur a Siluest. verbo. irregularitas. §. 10. in quibus dicit, quod recipientes ordines sacros extra tempora, vel ante ętatem, vel sine literis dimiſsorijs, quod sint ipso facto suspensi, et irregulares, si celebrant, quod etiā tenet Nauarro. c.25. ~~numero~~.70. et Soto. in.4. distinct. 25. questione vnica. artic. 2. in fine. ~~At uero~~ Armilla licet concedat tales extrauagantes, negat tamen prędictos incurrere indictas pęnas, quia, inquit, istę extrauagantes, non ſunt in vsu, nec in practica, quod etiam ipse affirmat, tenere Tabbienam. verb. irregularitas. 4. §. 6. Hęc Armilla. irregularitas. §. 82.

Collector.

Non eo ipso quod quis recipit ordines ante ętatem, eſt suſpenſus, et celebrās irregularis.

¶ Pius quintus in sua bulla pagina 14. 15. declarando decretum concilij Tridentini seſsione. 23. c.8. vbi statuitur neminem nisi à proprio episcopo ordinari poſse, declarat ipse, et concedit, hoc erga mendicantes, et regulares omnino locum non habere. Itaq; fratres mendicantes etiā ordines sacros à quolibet antistite, gratiam, et cōmunionem ecclesię Ro. habente (ordinarij loci minime requisita licentia) in locis, seu domibus fratrum, aut alibi recipere poſſunt. ~~sunt~~

Secunda conceſs.

¶ Ex compendio indico societatis ex Pio. 5. et Gregor. 13. extra tempora poſsunt ordinari fratres de societate. Similiter per annum ante ętatem diffinitam in concilio Trident. poſsūt fratres ordines recipere.

Dispēsatio in etate per annū in recipiendis ordinibus, nō obstāte conc. trid.

Prędicare.

¶ De hac materia eſt notandum, quod nullus poteſt prędicare, nisi ſit prelatus, vel curatus, et suis subditis, quia prędicare est actus pastoralis, vt habetur c. cum ex iniuncto. de heret. et. c. excōmunicamus.

Prędicare ex off. solū prelatis, et parrochis datur suis subditis.

§. quia vero. ff. poteſt tamen quilibet ſufficiens prędicare de licentia ſedis apoſtolicę, vel ordinarij, vt ibi dicitur.

¶ Secundo eſt notandum, quod in Clement. dudum: de ſepultu. conceſſum fuit fratribus mendicantibus poſſe libere prędicare clero, et populo in eccleſijs ſuis, et in locis ſuis, ac in plateis cõmunibus hora illa dũtaxat excepta, in qua locorum ordinarij prędicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prędicari, in qua ceſſabũt fratres. Et in comp~~endio~~ priuilegi~~orum~~ verb. prędicatores. conc. 4. concedit Sixtus 4. ~~quartus~~, quod fratres libere poſſint prędicare populis in locis publicis.

¶ Tertio eſt notandum, quod poſtea in conc~~ilio~~ Trid. ~~dentino~~ ſeſſ~~ione~~ .5. c. 2. mandatur, ut regulares poſt q̃ a ſuis prelatis licentiam habuerint prędicandi in ſuis eccleſijs, teneantur cũ ea licentia perſonaliter ſe coram epiſcopis preſentare, et ab eis benedictionem petere, anteq̃ prędicare incipiant in eccleſijs, quę ſuorum ordinum non ſũt, vltra licentiã, quam habent ſuorũ ſuperiorum, etiam epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in ipſis eccleſijs non ſuorum ordinũ, nullo modo prędicare poſſunt. Hęc ibi. ſeſſ. 24 ~~ione vigeſima quarta~~. c. 4 vbi mandatur, quod nullus ſecularis ſiue regularis, etiam in eccleſijs ſuorum ordinũ contradicente ẽpo prędicare pręſumat. Poſtea tamen Pius 5 ~~Quintus~~ anno. 1567. in ſua bulla. pag. 11. declarans ~~canonem concilij Tridentini ſeſſione vigeſima quarta c. 4. hic immediate poſitum~~ + prædictũ canone, conceſſit fratribus mendicantibus, ſequent~~em~~. ~~conceſſionem~~.

Prędicatores poſt licẽtiã datã à ſuis prędatis debẽt se preſentare ẽpis.

Tertia conceſs°.

¶ Pius ~~Quintus~~ in bulla ſua. pag. 11. declarans canonem concilij Trident. ſeſſ. 24 ~~ione vigeſima quarta~~. c. 4. per quem omnibus regularibus etiã in

suorũ

suorum ordinum ecclesijs contradicente episcopo, predicationis officium interdicitur, et dicit hec verba. Mendicantium ordinū fratres, quando à suis generalibus et eorum ministris prouintialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere declaramus, nec eos officere posse, immo volumus, quod in suis ecclesijs, quando eis placuerit, licite, et absq; vllo impedimento, vel cōtradictione etiam epi (nisi ipse predicauerit) predicare possint.

¶ Aduerte, quod hec prohibitio solū tollit, ut episcopi prohibere non possint fratribus, ne predicent in ecclesijs suorū ordinū, et sic bene poterunt prohibere dictis fratribus, ne predicent alibi, quia solum quoad ecclesias suorum ordinū abrogatur. Non tamen potes, posse episcopos, excōmunicatione prohibitionem hāc facere, quia iam, vt supra dictū est. verbo. Exemptio, nullā iurisdictionem posunt episcopi exercere in dictos fratres. At uero illa prohibitio obligat dictos fratres sub peccato mortali, ne predicent, quia tūc predicaret sine licentia, quod est peccatū mortale secundū Victoriam ~~secunda secunde~~ questione. 187. quod probat ex cap. excōmunicamus. de hereticis. Vbi mandatur quod excōmunicentur omnes, qui sine licentia predicant, quod etiam tenet Sotomayor. 3. p. quest. 64.

Collector.

Sine licētia predicare est mortale.

¶ Si fratres voluerint extra ecclesias suorum ordinum predicare, debent vltra licentiam suorū superiorum, habere licentiam episcopi, quia hec concessio solum concedit, posse fratres sine licentia episcopi, et cum licentia suorū superiorum in ecclesijs sui ordinis predicare, et sic manet in suo vigore decretum conc~~ilij~~ trid~~entini~~ ses~~sione quinta~~ s. c. 2. ~~vide supra numero 3.~~

¶ Poterit etiam episcopus examinare dictos fratres volentes predicare extra suas ecclesias, quia Pius. 5. ~~Quintus~~ in dicta bulla pag.ª 11. dicit, quod qui semel admißus fuerit per episcopū in vna diocesi sēper ibi

habeatur

habeatur pro admiſſo, necamplius examinari vel prę-
sentari indicta dioceſij debeat, tam quo ad confeſsi-
ones audiendas, quàm ad prędicationes faciendas. Vi-
de, quomodo dicit, quòd non debet amplius exami-
nari ad prędicandum. Ergo antea poterant exa-
minari dicti fratres, et non ad prędicandum in eccle-
ſijs ſuorum ordinũ, ergo quando extra ~~erant vel~~ sũt
prędicaturi. Item quia excepit idem pontifex lecto-
res ex eis fratribus, et in Theologia graduati, quod
nõ examinentur ab epiſcopis, tam ad confeſſiones au-
diendas, quàm ad prędicationes faciendas. Ergo alij
fratres poterũt ab epiſcopo examinari.

¶ Et etiam theologi graduati, et lectores non poſſit
sine licentia episcopi prędicare in ecclesijs, quæ
non sunt sui ordinis, sine eo, quod habeant licentiam
prędicandi ab episcopo, quia licet bulla Pij ~~quinti~~ cõ-
cedat eis, quod nõ examinentur, non tamen quod ſi-
ne licentia episcopi prędicent in ecclesijs non suis. Et
hoc mandatur in Clement. dudum. de sepul. ſ. quòd
nisi petita, et obtenta licentia fratres non prędicent in
ecclesijs parrochialibus. Vbi gloſſa dicit, quòd ex eo
quòd fratribus non competit prędicare ex officio, nec
ex iure, et conceditur prędicare eis cũ certis limita-
tionibus, et in certis caſibus, sequitur, inquit, quòd
omnis locus, qui eis non eſt permiſſus, eſt eis interdic-
tus.

¶ Nota, quod Clement. dudum. de sepult. manda-
uit, ne fratres prędicarent, + vel coram se faceret ſolem-
niter prędicare. Pius ~~quintus~~ in hac conceſſione so-
lum excepit primum casum. ſ. nisi ipse epiſcopus
prędicauerit, et sic infertur, quod illa hora dũta-
xat, ceſſare debent fratres à prędicatione, et solum
in illo casu, quoniam si epiſcopus non prędicat, da-
to coram ſe faceret solemniter prędicare, non pro-
pterea tenebuntur ceſſare à prędicatione, quia Pa-
pa solum vnum casum excepit.

+ q̃do ipe episcop9 prædicat,

¶ Et aduerte, quod si episcopus prędicaturus eſt hora octaua poterunt fratres prędicare post vel antea, quia tunc non prędicat episcopus; non enim dicit ius, vt fratres non prędicent, die, qua episcopus prędicat, sed hora.

¶ Ex compendio ſocietatis indico. Greg. 13. conceſſit ad tempus vsq; ad annum. 1593. quod prędicator semel admiſſus, poſſit vbicūq; prædicare sine alia licentia.

Presentatio fratrum confeſſorū.

¶ De hac materia diximus quàm plura verbo. confeſſor, in principio, et in declaratione primę conceſſionis ibidem.

Priuilegia.

¶ De hac materia diximus fere omnia, quę hic afferre poſſunt supra. Absolutio primo. conceſſione. 1. ~~nu~~ nota. 6. et ibi conceſſione. 3. no. 2. et ibi conceſſione. 5. no. 7. et no. 9. et in fine conceſſionis. 6. per dubia quę ibi ponuntur, et absol.º 2.º conceſſione. 7. no. 4. per totū, et ibi conceſſione. 8. no. 1. et. 2. Et absolutio 3. conceſſione. 9. n. 2. 3. 4. 5. et. 6. et conceſſione. 11. no. 1. et conceſſione. 12. no. 4. et in dubijs quę ibi ponūtur. Et verbo. baptizare. conceſſione. 1. nota. 1. et. 2. Et verbo. declarare, et dispensare. Et verb. cōmunicatio priuilegiorum per totum. ſ. conceſſione prima. 2.ª ~~et~~. 3. 4. ~~tertia et quarta~~ et. 5.ª et verbo. exemptio conceſſione 3. per totum.

¶ Modo aliqua in particulari dicenda sunt: —

¶ Inno. 3. ~~centius Tertius~~ declarauit, et statuit ~~in iure~~ in cap. ex parte et ~~capitulo~~ c. p.º de priuilegijs, quòd innouatio priuilegij nouum ius non tribuit, sed antiquū ius conſeruat, idem omnino habet. c. quia intentionis eo. ti. Et in eodem statu, in quo erant, habentes, vel impetrātes innouationem priuilegij remanent post impetrationem, dicitur ibi; Itaq; nihil adquiritur de nouo, Idem habetur in cap. cū dilecta, de confir. vtili. vel in- Prima conceſs.º

vel invtili. ꝗ. quia. c. diuersitatem. de conceſsione preben. eſt quando solum confirmatur.

¶No. quod innouatio priuilegij eſt, quando ex originali tranſcribitur, vel transumitur aliquod transcriptum, vel quia originale incipit deperdi propter eius vetuſtatem, vel quia opus eſt deferri in alias partes multa tranſumpta, ſecundum Panor. c. cum dilecta de confirma. vtili. ꝗ. nū. 5. et. 16. et. 17. et. c. ex parte el p.º de priuilegijs. n.º 3. et. 4. ꝗ. ubi dicit, quod si innobatio priuilegij fit per eum, qui potest illud de nouo concedere non eſt neceſsitare aliquem, ad contradicendū, Secus si innouatio fit nisi parte citata, ſeu premiſso edicto generali, vt notatur in. c. significauit. de teſtibus. et. c. fin. de fide instumen. Vide in eundem. c. Alber. de teſtib. nū. 5. ubi dicit, quod innouatio eſt publicatio.

Panor.

¶Et sic dato, quod Papa dicat innouamus, confirmamus hoc priuilegium, nil de nouo conceditur, sed presupponitur, quod eſse roboretur, quod eleganter probat Panor. in. d. cap.º quia intentionis. de priuileg. Eſse intelligendum, quod quando priuilegiū, quod innouatur, extat, quoniam si non extat, dicit ille, quod tūc ius confertur de nouo, ubi tale priuilegium eſset sublatum, vel reuocatum. glo. c. quia diuersitatem. de conceſsione prebend. dicit, quod per confirmationem, non creatur nouum ius, quia qui confirmat, non donat. de fide inſtrum. inter dilectos.

Panor.

¶Ex quo scies, quod quando papa confirmat licentiam à magistro ordinis conceſsam alicui fratri vt. ſ. audiat confeſsiones, predicet, conferat se in Hispaniā, ministret sacramenta: quod tūc talis confirmatio, nil noui concedit, sed roborat, quod magister cōceſserat dicto fratri, vt contigit realiter anno. 1568. conceſsit enim vicarius generalis ordinis predicatorum cuidam fratri, quod poſset commorari in quibusdam populis epiſcopatus de Chiapa solus, et ibi indis, quos ipse conuerterat

uerterat omnia sacramenta administrare. Postea ſummus Pontifex illam confirmauit licentiam, ut iacebat. Questio exorta eſt: poterat ne ille frater sacramentum penitentię et matrimonij inter indos celebrare? Reſponsum fuit negatiue per hanc gloſsam, quia ille vicarius generalis talem facultatem non poterat concedere, quia concilium Tridentinum nuper editum tollebat omnia priuilegia, quę talia concedebant regularibus, ut sine approbatione, et licentia epiſcopi minime fieri poſsent, ut dictum est. supra. verb. confeſsor. Et verb. matrimoniū et papa solum confirmabat dictam licentiā, ut iacebat.

¶ Sed dices, quid ergo operabatur dicta conceſsio, et confirmatio? Rȩ. quód quando eſt in forma cōmuni, quasi nil, sed solum concedit ius antiquum, et quòd alius à confirmatore, vel eius superiore non poſset tollere illam, de confir. vtil. c. 1. et. 2. Et Panor. ibi nū. 9. dicit, quòd quando narratur in confirmatione totum factum superiori, eſt confirmatio ex certa scientia. Si uero narratur in generali, est confirmatio in forma cōmuni. c. pº. de confirm. vtili. n. 7. et. 12. vbi tractat qꝫ plura de hac materia, et dicit, quòd cōfirmatio superioris facta ex certa ſcientia, vt dictum eſt, ligat manus ordinariorum, ut non poſsint cognoscere de validitate iuris confirmati, nisi fuerit obtenta supra re litigiosa, non habita mentione de litigio, et tunc non valet talis confirmatio, quia subreptitia eſt, et hoc vitiabat dictam conceſsionē, et licentiam ſecundum Panor. quia de omnibus eſt mētio facienda. &c. quę poſsunt inducere animum principis ad non concedendum, vel ad non facilius cōcedendū in. c. ad aures. de reſcrip. nu. 4. et. c. postulaſti. eo. ti. nu. 1. dicit quod talis subreptio vitiat gratiam.

Dubiū. Panor. Quātū facit priuilegium cōceſsū ex certa ſcientia.

¶ Nota. 2. quòd quando papa in priuilegij conceſsione dicit, concedimus de nouo talia priuilegia. &c. non obstantibus quibuſcumqꝫ. &c. tunc non solum priuilegia, quę extabāt, conceduntur, sed etiam priuilegia

Notandum. Quando dicitur de nouo cōcedimus priuilegia, derogata dātur, ~~si dicitur, nō obstātib⁹ quibuscūq; sic deffinitū fuit Salmāticę a iurisperitis.~~

legia derogata, et quę non extabāt ~~conceduntur~~ ut dicit author compendij priuileg. verb. priuileg. concessione. 15. ex determinatione inclitorum iuristarum Salmanticę. Alias nil operarentur illa verba (de nouo concedimus) nō obstantibus. &c. quod tamen semper literę apostolicę debent aliquid operari. c. in his. de priuilegijs, pro quo vide supra ~~nota~~ § et sic dato quod papa &c. et absolō 2. nota. 4. per totum.

Dubium.

¶ Forte quęres: si capitulum generale renunciauit alicui priuilegio, vel priuilegijs ordini concessis, reuiuiscunt propter hanc de nouo concessionem?

Respondeo negatiuè, quia priuilegium nō datur nisi volenti illud: ergo, quòd mihi conuenit vel iure cōmuni, vel speciali, vt ait Syluester. verbo. renuntiatio. &c.

Syluester.

Obiectio.

¶ Oppones, quomodo ergo reuiuiscunt priuilegia abrogata per dictam de nouo concessionem, et non priuilegia renunciata? Dico, quòd in abrogatione priuilegiorum solum interuenit, et sufficit voluntas abrogantis priuilegia, ore aperto expectat sibi de nouo concedi, et sic quando de nouo conceduntur priuilegia abrogata, nil impedit ad habendū eius desideratum effectum. &c. In renunciatione vero priuilegiorum solum accedit, et sufficit voluntas renuntiantis priuilegium. Per hanc enim renūtiationem refutat à se illud, quod iure speciali priuilegij conueniebat, et sic quasi vertens terga, et claudens os ad infusionem, et de nouo concessionem priuilegij manet, nolens sibi concedi amplius tale priuilegium. Sic enim consideratur qui renunciauit priuilegio, donec desistat à renunciatione, et aperiat os ad receptionem, et concessionem priuilegij, et ex hoc prouenit, quòd quantumcūq; de nouo papa concedat priuilegia renunciata, illis gaudere non possimus, quo vsq; capitulum generale, quod renuntiauit priuilegijs dictis illa de nouo admittat,

Priuilegia renūciata non redeūt per nouā cōcessionē, ~~sed solum illa quę erāt derogata.~~

habet

habet enim os clausum et terga vertit ad priuile-
gia recipienda per dictam renunciationem.

¶ Nota 3. quòd quando papa concedit priuilegia à suis predecessoribus concessa, addens eorum nomina, et alia de necessitate exprimenda, tenoresq; priuilegiorum pro expressis haberi volumus omnia de nouo, tenore presentium concedimus. Sg. tunc dicta priuilegia taliter concessa habent suum effectum, ac si nunquam concessa fuissent, sed tunc de nouo, et primo concederentur. Probatur, quia si ~~iste~~ summus pontifex, illa priuilegia à suis predecessoribus concessa de verbo ad uerbum concederet, nulli dubium, nisi quod tunc illis gaudere possunt illi, quibus conceduntur, quia non minoris authoritatis est secundus pontifex, quam primus, qui illa concessit. Sed papa per illa verba dicta, illa priuilegia concedens, sic concedit, dum dicit, quod omnia concedit concessa à suis predecessoribus, quorum priuilegiorum tenores, ac si de verbo aduerbum, nihil penitus omisso, insererentur tenore presentium, authoritate apostolica, pro sufficienter expressis habere voluit: ergo de nouo tunc conceduntur illa priuilegia, ac si nunquam concessa fuissent ab alijs summis pontificibus: ergo illis poterunt vti, quibus fit concessio. vide. absolutio 3. concessi~~one undecima~~. no. 1.

¶ Ex quo infertur, quòd si que priuilegia ordinibus mendicantium concessa, sunt deperdita per non vsum, quod illa a. 17. Kalendis Julij anni. 1567. reuixere per bullam Pij ~~Quinti~~ in fine, qui omnia nobis concedit, ac si ipse in dicta bulla de verbo aduerbum exprimeret, et melius per Gregor. 13. qui nunc preest anno. 1581. Per que +++

¶ Et similiter infertur, quòd quando papa concedit alicui ordini, puta fratrum mendicantium omnia priuilegia à suis predecessoribus concessa fratribus

minoribus

Notandum.

Quando in confirmatione priuilegij fit mentio de aliquo concesso, sic ac si specialis fieret mentio, tunc tale priuilegium est ac si de nouo tunc concederetur.

+++

~~Hic aduerte: q per Grego 13.~~ die. 7. Julij anno 1571. concessa fuerunt fratribus societatis omnia priuilegia medicantium cum hac clausula, et sic omnia renouata, etiam que fuerant resticta, vel derogata etiam per concilium Tridentinum.

minoribus, non concedat ordini prędicatorum priuilegia, quę in posterum concedenda sunt, dicto ordini fratum minorũ, quia solum de conceſsis, tunc loquitur papa, et quando vult quod sua conceſſio extendatur, ad futura priuilegia solet exprimere. Ut patet supra. verb. cõmunicatio priuilegiorum.

¶ Et similiter infertur, quando Sixtus 4 Quartus cocedit fratibus prędicatoribus, fratibusq; minoribus, quod nullus epiſcopus, vel parrochus inquietet, et moleſtet dictos fratres pręter, aut contra priuilegia Romanorum pontificum predeceſſorum suorum, sub grauibus pęnis, et censuris, quod dicta conceſsio Sixti. 4. quarti non intelligatur, nisi quando dicti episcopi, vel parrochi. &c. moleſtant dictos fratres preter aut contra priuilegia, quę erant eis conceſsa tempore datę huius conceſsionis sixti quarti, et non de priuilegijs, quę postea habuerunt dicti fratres, quia pęnale non debet extendi ultra proprios terminos, et quando papa vult exprimere, exprimit.

¶ Si summus pontifex de nouo concederet dicto ordini fratum prędicatorum, vel illis, quibus sui anteceſsores aliqua priuilegia conceſserant, per formã supra positam, sic de nouo concedimus ordini fratum prędicatorum, vel talibus personis omnia priuilegia à predeceſsoribus nostris eis conceſsa, quorũ tenores, et formas pro expreſsis hic habere volumus, ac si de verbo ad uerbum hic inſererentur, et Ut conceſsit Pius 5 Quintus in fine suę bullę. 17. Kalend. Julij. 1567. fratibus mendicantibus, tunc et ex tunc fratres prędicatores gauderent omnibus priuilegijs, fratibus minoribus, conceſsis à predeceſsoribus illius papę, qui eis conceſserat priuilegia, conceſsa fratibus minoribus. Et similiter si fratres predicatores et minores molestantur ab epiScopis cõtra priuilegia

cõceſsa

conceſſa à ſucceſſoribus Sixti ~~quarti~~ 4. incurrerent in illas cenſuras, quas poſſuit Sixtus ~~Quartus~~ 4.

¶ Et itidem dicendum venit, si loca religiosa haberet alia prędia, ab illis quę habebant tempore datę sui priuilegij primi, quód etiam illa nouiter acquisita, non deberent soluere decimas, et similiter eſt de capellis nouiter erectis in illa ecclesia, cuius capellę exemptionẽ habebant, et quod etiam illę nouiter erectę capellę gaudent exemptione, si alius papa concedat de nouo, et per illa verba posita in dicto priuilegio. Et idem dico de priuilegijs conceſſis fratribus carthusiensibus à succeſſoribus dicti Nicolai ~~quarti~~ 4, illis etiam priuilegijs nouiter eis conceſſis post mortem dicti Nicolai ~~quarti~~ 4 uti poterunt. Et si per ignorantiam iuris, vel simplicitatem eis retro actis temporibus non ſint vsi. &c. Et horum omnium vna ratio eſt, quia modo per illam conceſſionem factam à Pio ~~quinto~~ in fine dictę bullę, vel ab alijs summis pontificibus, et de nouo illa, ex illo die conceſſionis, conceduntur dicta et pręterita priuilegia eisdem conceſſa, ac si verbaliter eorũ tenores in vltimo priuilegio Pij ~~Quinti~~ insererentur. Si enim Pius ~~quintus~~ 5 in sua bulla insereret priuilegia omnia à suis predeceſſoribus fratribus, vel alijs conceſſa, nullus dubitaret, nisi quód illa priuilegia, quęcũq; fuiſſent, ~~illa~~ tũc concederentur personis ibi expreſſis. Sed idem Pius ~~quintus~~ facit hoc idem, dum dicit, quòd tenores dictorum omnium priuilegiorum vult haberi pro expreſſis, ac si de verbo ad verbum ibi insererentur, ergo absq; dubio fratres mendicantes gaudemus, omnibus priuilegijs, alias ab alijs sum̃is pontificibus conceſſis nobis ex illo. 17. Kalend. Julij. 1567. ac si illo die nobis ipsis conceſſa fuiſſent de nouo.

Omnia iſta consideranda quia sũt iuridicé dicta.

Idem per Greg. 13. anno. 1571. in comunicatione facta fratribus societatis.

Obiectio.

¶ Sed dices: ergo confeſſores deputati, ad audiendas confeſſiones secularium in ordine mendicantium, poterunt absoluere penitentes, ab omni censura eccleſi-

aſtica

aſtica in foro conſcientię, dummodo ex delicto oculto proueniat, nec in foro contentioso fuerit deducta. ~~ff.~~ Probatur ſequella, quia ſupra abſolutio 3. conceſſi~~one duodecima~~ .12. ex cõmunicatione priuilegioꝝ, cum aliјs ordinibus fratres mendicantes gaudent priuilegio Eugenij ~~Quarti~~ 4. conceſſo monachis sanctę Justinę, ~~et~~ " conſeſſores deputati ad confeſſiones audiendas, poſſunt abſoluere omnes ad ſe recurrentes, ab omnibus peccatis, suspensionibus, excõmunicationibus, aliјsq; cenſuris, pro ut episcopi ex ordinaria iuriſdictione poſſunt abſoluere, sed episcopi modo per concili~~um~~ Tridentin~~um~~ ū ſeſſ~~ione~~ .24. c. 6. poſſunt abſoluere in foro conſcientię ab omni censura papę reſeruata, etiã de cęna dominј, ex delicto tamen occulto proueniente. ~~ff~~. ergo et fres mendicantes poterunt hęc omnia in foro conſcientiæ. Probatur conſequentia, quia illa poteſtas episcoporũ est ex ordinaria iuriſdictione, et ex illa poſſunt à ſupradictis abſoluere, quia à iure habent .ſ. conci~~lij~~ Trident. dicti epiſcopi, tunc sic poſt ~~anno~~ à concil~~io~~ Triden~~tino~~. anno. 1567. Pius ~~Quintus~~ 5 conceſſit dictis fratribus mendicantibus dictum priuilegium Eugenij ~~Quarti~~ 4, ac si de verbo ad uerbum, nil omiſſo inſertũ fuiſſet, ut patet in fine dictę bullę: ergo conceſſit dictis confeſſoribus, ut poſſẽt abſoluere omnes penitentes ab omnibus peccatis suſpenſionibus, excõmunicationibus, ſententiјs, ac cenſuris, pro ut epiſcopi ex ordinaria iuris dictione, poſſunt abſoluere, ~~modo~~ ſcilꝫ, a tempore datę bullę .ſ. anno. 1567. Et epiſcopi modo et tunc poſſent abſoluere ex ordinaria iuriſdictione ab omnibus cenſuris etiam de cęna Dni, ut dictum eſt: ergo neceſſario eſt concedendũ, quod hoc idem poſſunt dicti confeſſores ex ordine mendicantium, conſequẽs eſt falſum, ergo et antecedẽs. ¶ Rx. quod argumentum ita vrget, vt concedere

ſequella

Per quod +

sequellam compellat, et ut rem ipsam eminentius premamus, supponatur, quod tempore Eugenij Quarti 4. episcopi poterant absoluere ex ſua ordinaria iurisdictione sicut poſsunt modo per concilium Tridẽ.

Et modo per Greg. 13. clarius.

¶ Secundo admittamus, quod tunc Eugenius Quartus .4. concedit dictis monachis dictam gratiam, ſcilicet, ut poſsint absoluere penitentes pro ut episcopi ex ordinaria iurisdictione poſsunt, tunc nulli dubium, nisi quod dicti confeſsores per dictum priuilegium Eugenij Quarti 4. poterant absoluere in foro conſcientię ab omnibus casibus papę reſeruatis, etiam de cęna domini, quia epiſcopi poterant, et papa concedit: ergo.

Confeſsores religiosi approbati poſsunt absoluere ab omni censura etiam cęne domini prouenięte ex peccato occulto sicut datũ est epis per con. Trid.

¶ Pius Quintus 5. anno. 1567. conceſsit fratibus mendicantibus omnia et singula priuilegia conceſsa eisdem fratibus per suos prędeceſsores, ſcilicet Eugen. 4.^m^ Sixtum Quartum 4., Leonem Decimum 10., quorum omnium thenores, ac si de verbo ad uerbum nil omiſso inſerti foret, etiam pręsentibus pro sufficienter expreſsis haberi voluit, modo et forma quibus conceſsa sunt, etiam per viã cõmunicationis, extensionis actiue et paſsiue interſe, et alios quoscumqʒ ordines respectiue de nouo conceſsit omnia et singula: ergo modo concedit fratibus mendicantibus priuilegiũ dictum Eugenij Quarti 4. cõceſsũ monachis, quod per uiam cõmunicationjs conceſserãt Leo. Decimus 10., Clemẽt septimus, Paul9 Tertius (vbi supra verb. cõmunicatio priuilegiorum) fratibus mendicantibus, sed dictum priuilegiũ Eugenij Quarti 4. concedit fratibus confeſsoribus, ut poſsit abſoluere pęnitentes ab omnibus peccatis, et censuris à quibus poſsunt epiſcopi ex iuriſdictione ordinaria. Episcopi, quando Pius. quintus cõceſsit dictũ priuilegium, poterant ex ordinaria iurisdictione absoluere ab omnibus casibus papę reſeruatis secundũ ius Concilij Tridentini in foro conſcientię: ergo poſsunt fratres. Recordari, oportet, Panoz. in. c. ex iniuncto. de heret. n. 5. ubi dicit, quod priuilegiũ conceſsũ ab eo, cuius iuri detrahitur per ipsũ, est latiſsimé interpretandũ in ipsius

Valde notanda verba Panoz. priuilegium conceſsũ in piuditium concedentis est largiſsimé interpretandum.

in ipsius preiudiciu; Hoc autem priuilegium detrahit iuri ipsum concedentis, scilicet papę: ergo latiſsime eſt interpretandum.

¶ At uero si alicui pars negatiua apparuerit, scilicet, quod Pius ~~Quintus~~ per dictam conceſsionem non conceſsit priuilegium ~~Eugenij Quarti~~ fratibus mendicantibus, nisi ut erat potestas ordinaria episcoporum tempore Eug. 4. ~~genij Quarti~~ et non secundum quam poſsunt tempore Pij. 5. ~~Quinti~~ cum probet melioribus rationibus, non ibo inficias, nec contentioni multum incubam, quia certe videtur graue id, quod dicit opinio prima, cu concedat innumeris confeſsoribus, nec multum peritis, nec valde doctis, ut sunt in omnibus ordinibus mendicatium, et aliorum, qui gaudent eorum priuilegijs, ut poſsint absoluere oes penitentes ab omnibus, à quibus poſsut episcopi per concilium Trident. scilicet ab omnibus suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, et in quibuscunq casibus occultis, etiam sedi apostolicę reseruatis, delinquetes, quoscumq sibi subditos, in suo episcopatu in foro conſcientię, ut habetur in concilio Tridentino seſsione 24. c. 4.

Sic videtur tenendum .s. quod sit talis potestas apud coſeſsores religiosos —

¶ Nihilominus cum dictis limitationibus, scilicet, quod sint illi casus occulti, et quod sint solum in foro conſcientię non apparet immensum quid, cum per bullas cruciatę concedantur semel in uita multa grauiſsima et hoc quibuscumq confeſsoribus electis ab habente bullam. Sed, me authore, nullus vtetur supradicta potestate, quę datur R.mis episcopis per concilium Tridet. Nec obstat, quod per bullam cruciatę vel per Jubileu concedantur illa .SS. Quoniam hoc eſt semel, vel bis in vita. Vide supra. verb. dispen. ¶. conceſsione. 8. Sed modo p priuilegium Greg. 13. ut dictu eſt, videtur sublatus scrupulus. ++

++ Ut sic pnt religiosi confeſsores oia illa, quę pot epus in foro coſciencia.

Secuda conceſs.o

¶ Paulus ~~Quartus~~ die. 9. Martij. anno. 1556. conceſsit fratibus prędicatoribus de nouo omnia, et singula

gula priuilegia à suis prędecessoribus fratribus dictis concessa, et similiter omnia et singula priuilegia, conseruatorias, declaratorias, facultates, indulta spiritualia, et temporalia tam per Romanos pontifices, quàm per imperatores, reges, et alios principes, sub quacumque forma, et expressione verborum concessa, nec nō cum omnibus et singulis in eis contentis, clausulis, et decretis: literas huiusmodi, ac deinde secuta quacumque authoritate apostolica, et ex certa scientia approbauit, innouauit, confirmauit, et de nouo concessit, omnia et singula, quę per sedem apostolicā, ac imperatores, reges, et principem, et quę per ipsum Paul. 4. prefato ordini concessa, statuta, et ordinata fuerint, etiam iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem, et in fine posuit fortissimas non obstantias.

¶ Nota primo, quòd ex hac concessione ~~habemus~~ habent fratres duo singularia. Primo, ~~quòd~~ omnia, quę ordini prędicatorum imperatores, reges, et alij principes concesserunt; Et scito, quòd episcopi etiam vocantur principes. glossa, in regu. decet. in 6. verb. decet, et. c. 2. de maioritate. Et vide glossam. Clemēt. de baptismo. Omnia ista conceduntur nobis priuilegia, ut apostolica, quia eadem papa ex certa scientia confirmat, et de nouo ~~nobis~~ concedit; Et sic si rex signauit nobis tales populos indorum, ut ibi operam conuersioni eorum demus, non potest episcopus illos tollere, et similiter si concessit, et mandauit, ut vbique indiarum, nos conferamus ad prędicandum, celebrandum. &c. non potest episcopus impedire, quia hec omnia ordinat rex hispanię, ut delegatus papę, ut dictum est supra verbo. capitula prouincialia. concessio ~~tertia~~ 3. nota. §. 5.

Episcopi vocantur principes.

Notandum

In populis signatis à rege nō potest episcopus prohibere administratione.

¶ Secundum habemus, quòd tam concessa ab imperatoribus, regibus. &c. quam concessa à sede apostolica dicto ordini prędicatorum concedit nobis Paulus ~~quartus~~ 4. iuxta fauorabiliorem interpretationem, quod est

In partem fauorabiliorẽ, ut beneficia principis.

eſt dictu, quòd omnia ſupra dicta priuilegia nobis concedit, ut beneficia principis, quę debent latiſsimé interpretari, ut dicit panor. c.º quia circa. de priuilegijs. Vel quod quando aliqua eorum veniunt interpretanda, debent interpretari in noſtrum fauorem, sic ut non reſtringantur, quod memorię dabis, pro intelligendis, et interpretãdis priuilegijs nobis conceſsis.

Non ſolũ ad conceſsa, ſed concedenda in partem fauorabiliorem interpretatio.

¶ Secundo nota, quòd hęc conceſsio Pauli ~~Quarti~~ 4. qua concedit fratribus prędicatoribus omnia priuilegia, ab ipsomet, et ab alijs Romanis pontificibus ſuis prędeceſsoribus conceſsa dictis fratribus, iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem, non ſolũ extenditur ad priuilegia tunc conceſsa, sed etiam ad concedenda per textum notabilem in. c. quia circa. de priuilegijs, quia propositio indefinita ęquipollet vniuersali, pro quo vide gloſsam. c. ut circa. de elect. 6. verbo, vt aliorum.

+ Exemplũ

~~Item~~ + quidam archiepiſcopus conceſserat monachis priuilegium ſuper decimis epiſcopalibus retinendis, quas debebant poſsesiones monachorum dictorum ipsi archiepiſcopo. Dubitatum fuit poſtea à succeſsore, an priuilegium dictum extendebatur ad poſsesiones, quas poſtea acquisierunt dicti monachi, an ſolum deberent intelligi de poſseſsionibus tunc habitis. ~~ex~~. Reſpõdit papa, quòd de omnibus, quia ex quo indefinite remiſsit decimas epiſcopales dictis monachis, nil excipiendo, cum potuerit excipere intellexiſse videtur de preteritis, quę tunc habebantur, et de futuris, quę poſtea habitę sunt, quia in beneficijs pleniſsima debetur interpretatio adhiberi, et vna, et eadem res, non debet diuerſo iure censeri. Ex his probatur, quòd dicta conceſsio Pauli ~~Quarti~~ debet extendi ad priuilegia futura concedenda per ſuos predeceſsores, quod quidem eſt notandum, pro intelligendis priuilegijs.

Notandam interpretationẽ priuilegiorũ.

In beneficijs pleniſsima interpretatio.

Et nescio, an in toto corpore iuris inueniatur text⁹ similis isti, de quo facit magnum festum Panor. 1. parte suorum consiliorum, in consilio. 9.

Panor.

¶ Idem Panor. super hoc numero 3. notat, quòd priuilegium concessum contra iurisdictionem debet cōtra concedentem, largiſsime interpretari, et ad. c. 1. et. 2. de fili. presb. 6. ubi dicitur, quòd priuilegium contra ius est stricte interpretandum, quia omnis recessus à iure est odiosus. Respondet, quòd debet intelligi nisi priuilegium tantum preiudicet concedēti, quia tunc censetur principis beneficium, quod debet largiſsime interpretari. c. de uerb. sig. c. olim. ut hic in hoc. c. quia circa, quia tantum preiudicat, concedenti. Ex quo etiam probatur, quòd dicta cōceſsio Pauli quarti, qua concedit priuilegia à suis predecessoribus, et ab ipso concessa fratribus predicatoribus, iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem, quòd debet extendi ad priuilegia futura cōcedēda post eum, quia hec priuilegia tantū preiudicant concedenti, sicut remiſsio decimarum facta dictis monachis p dictum archiepiscopum, et quia Papa potuit excipere, ut solum de concessis loqueretur sua conceſsio, et non de cōcedendis et non excepit, ergo conceſsit.

Valde consideradum. Priuilegiū concessū con͡ᵃ iurisdictionem conce-dentis, est largiſsime interpretandum.

Ex isto collige multa in fauorem religiosorū.

Clausula priuilegij Pau. 4. q in āpliorē partē debēt interpretari, extenditur ad illa, quę post eū sūt cōcessa.

¶ Alexander 4. decreuit irritas, et innanes omnes sententias, quas archiepiscopi, Episcopi, et prelati, rectores, clerici ferre presūpserit contra fratres ordinis predicatorum, seu in eorum aliquem, aut in loca eorum, seu in quoscumq alios occasione ipsorū fratrum con͡ᵃ indulta ordini prefato à sede apostolica concessa, vel inposterū concedenda.

Tertia concess.°

Vide in compendio priuilegiorū verb. priuileg. fratrum concess. 4.

¶ Nota Primo, quod nullibi reperi priuilegiū, quod annullet ipso facto sententias ordinariorum datas contra priuilegia conceſsa, et concedenda, nisi hic, qm

Sententię latę cōtra nostra priuilegia an nullantur.

quoniam supra: verbo. exemptio fratrum: loquutur de sententijs datis contra fratres. Vide de hac materia supra, capitula prouincialia, ubi de hoc tractatur in tertia con.e

Sententia lata cõtra priuilegia etiã si iudex ignoret priuilegiũ est, ipso iure nulla p priuilegiũ Alexandri.

¶ Nota. 2. quod hoc priuilegium tollit nos de illo dubio, ſcilicet, an sententia contra priuilegium sit ipso facto nulla, quia aliqui dixerunt, quod si non conſtat iudici de priuilegio, non eſt ipso iure sententia nulla, ut eſt videre apud Panor. c. sentẽtia. de re jud. numero. 18. et idem dicit de sententia lata contra extrauagantes, quę nõ sunt in corpore iuris, ibi numero. 12. quod ſcilicet valet sententia lata contra eam, quia cum non sit in corpore iuris, potest de eis probabiliter dubitari, quod panor. putat verũ, nisi extrauagans illa eſset in loco illo notiſsima: exemplum in extrauaganti. execrabilis. Et ad reprimendum, quę quotidie allegantur in scholis, et iuditijs, tunc enim ceſsat ratio incertitudinis, quod etiam tenet in. c. pastoralis. de fide instrum. nu.o 1 ~~primo~~ in fine. Vides ex his omnibus, quã necesſarium fuit interpretare hoc priuilegium, ad probandum, quód ſententię latę contra priuilegia nostra sint prorſus nullius momenti.

Quarta conceſs.o

Hec est magna conces.o s. q fiat mẽtio de verbo ad verbũ, qñ derogatur priuilegium.

¶ Eugenius ~~quartus~~ conceſsit fratribus ordinis predicatorum, quód virtute quarumcũq; literarũ apostolicarum conceſsarũ, et concedendarum non poſsit vllo modo pręiudicari, seu derogari priuilegijs predictorum fratrum, nisi de ipso ordine, et huiuſmodi literis fiat expreſsa mentio de verbo ad uerbum. Vide ubi supra conceſsione ~~sexta~~ 6.

Quinta conceſs.o

¶ Sixtus ~~quartus~~ inhibuit ordinarijs locorum sub interdicto ingreſsus Ecclesię, et alijs pęnis. &. et rectoribus ecclesiarũ, et alijs quibuscũq; sub pęna excõmunicationis latę sẽtentię, et alijs pęnis:

ne ordines

ne ordines fratrum prędicatorum, et minorum, et illorum domos, et profeßores pręter aut cõtra priuilegia, indultaq; Romanorum pontificum, quorumcũq; suorũ predeceßorum, vel contra ſuarũ literarũ tenorem inquietare, seu moleſtare pręsumant. Vidi ubi supra conceſsione undecima. 11.

Contra inquietates et moleſtantes religioſos.

Sexta conceß°.

¶ Sixtus quartus infine bullę aureę. fo. 150. coceßione. 367. 368. sub eadem pęna inhibet ordinarijs, et sub pena excomunicationis latę sẽtentię parrochis, et alijs, ne directé, vel indirecté impediant, quominus prędicti fratres gratijs sibi conceſsis cõmunicent, et vt omnibus priuilegijs conceſsis ordinibus carmelitis, et Sancti Auguſtini libere, et licite uti poſsint.

Publicanda eſsent noſtra priuilegia.

¶ Nota ex his duabus conceſsionibus Sixti 4. quarti, quomodo poſsunt fratres mendicantes uti suis priuilegijs, nec vllo modo impediri in eorum vsu, et in quas pęnas incurrant ordinarij, et alij eos moleſtantes. ℞. sed oportet, quòd authenticé prius publicentur noſtra priuilegia in ecclesijs, ut nullus ignorantia valeat se excusare.

Septima conceß°.

¶ Leo 10. Decimus statuit, quòd si seculares contraire mari magno, vel cuicumq; conceſsionum fratrum heremitarum sancti Auguſtini temere ausi fuerint, pro excõmunicatis publicentur. Si autem fuerint clerici preter censuram supradictam, beneficijs, dignitatibus; ecclesiaſticis priuati ſint. Vide in compendio priuilegiorum. verb. priuilegia fratrum. conceſsione. 21.

¶ Scito quod in has, et similes censuras nõ incurrunt contraeuntes, nisi eis notificentur priuilegia legitimé, et authenticé, quia ignorantia eorum, nisi sit craſsa, et supina non inducit in excõmunicationem. vt dicitur in. c. ut animarum. de conſtitu. 6. et ſic oporteret sepe publicare facere nr̃a priuilegia

Ad hoc quod qui con.ª priuilegia molestant. ℞ oportet, publicentur.

gia, ne simili excusatione defendatur eorum trans-
greſsores, et sic publicatis, nec clerici, nec ordinarij
nos impedire auderent, quin libere poſsemus celebra-
re in nostris eccleſijs, confeſsionesq; fidelium audi-
re, alias incurrerent in has pœnas.

Octaua conceſsio.

¶ Sixtus 4 ~~quartus~~ circa hęc, mandat quibuslibet in di-
gnitate ecclesiastica constitutis, et cathedralium eccle-
siarum constitutis canonicis per vniuersum orbem, qui
per guardianos, et fratres minores requisiti fuerint,
quando opus fuerit solẽniter publicent eorũ priuilegia.
Habetur in mari magno fo. 145. conf. 189. et 356. et
484.

Quod requisiti, priuilegia publicentur prælati.

Nona conceſs°.

¶ Leo 10. ~~Decim~~ conceſsit fratibus minoribus regularis
obseruantię, quod secura conscientia poſsint vti om-
nibus eis conceſsis à Romana ecclesia, sũmisq; ponti-
ficibus, ac si omnia fuiſsent specifice à prefato sũmo
pontifice expreſsa. Et pro maiori conscientię securita-
te, omnia prefata priuilegia de nouo concedit. Vo-
luit etiam, quòd non sint minoris efficatię et valo-
ris viuę uocis oracula, quàm si per bullam, aut bre-
ue ad perpetuam rei memoriam eſsent conceſsa. Sed
hoc in foro conscientię ~~tantum~~ est. In compen~~dio~~ priui.
verb. priuileg. conceſsi~~one duodecima~~ 12.

Tantæ efficatię sũt conceſsa a põtificibus viuę vocis oraculo, sicut illa, quę per litteras.

~~Pau. 4.~~

¶ Paulus. 4. cõmunicauit omnia priuilegia, et om-
nes gratias ante eum conceſsas, et confirmauit etiã
illa, quę à regibus, et imperatoribus, et alijs princi-
pibus ex certa scientia, et de plenitudine poteſta-
tis, et suplet omnes defectus, si qui fuerint in pri-
uilegijs. Item dicit, priuilegia religiosorum eſse in-
terpretanda, in ampliorem, et fauorabiliorem partẽ.
Item ibi facit religiosos exemptos ab omni imposi-
tione, et grauamine, etiam quarta funerali. Item
ibi derogat expreſsè clemẽtinã. religiosi. de priui-
legijs. Et idem pontifex, et ferè eisdem verbis iſta,

Pau. 4. confirmauit priuilegia oĩa, et supplet oẽs corũ defectus.

A quarta funerali ~~e~~ exẽpti sũt religiosi.

quę conceſſerat ordini minorum, conceſsit ordini predicatorum, et cum eisdem particulis & addit, quòd nō poſſit iſtis literis derogari, et quòd priuilegia solemniter publicentur, et non sit permittendum, religioſos in aliquo molestari.

¶ Pius ~~quartus~~ post confirmationem concilij Tridentini anno. 1565. fratribus ordinis sanctiſsimę trinitatis cōceſsit et confirmauit omnia priuilegia suorum predeceſsorum, Marti. Nico. Inno. Euge. Leonis. 10. Clem. 7. Pauli. 3. &c. etiam comuniter conceſsa. Et cum per uiam cōmunicationis predicti fratres habeant omnia priuilegia mendicantium, sic confirmata intelliguntur ōnia priuilegia, quę pro indorum conuersione, et manutenentia fuerant data, et similiter videntur, quòd priuilegia ordinum, ut poſsint religiosi initiari sacris in. 20. anno, et. 23. ad sacerdotium admitti, non obstante restrictione facta in ~~concilio~~ Tri~~dentino~~, quia hec confirmatio facta eſt poſt con~~cilium~~ Triden. Et sic intellexerunt viri docti Salmantice, et virtute huius confirmationis, multi religiosi sunt sacris initiati, in ętate requisita, per antiqua priuilegia. Quod uidi ~~et~~ in hispania practicari.

¶ Nota, quòd libris ordinis (in quibus priuilegia iſta, quę per Leo~~nem Decimum~~ .10. et alios data sunt, et aliquę eorum ~~tantum uiuę~~ uocis oraculo) ~~et~~ vti poſsumus, sicut eis, quę continentur in mare magno, vel cōpen~~dio~~ priui~~legiorum~~, vel actis capituli generalis, vel prouincialis, vel formularijs ordinis vel choronicis ordinis impreſsis, vel scriptis authoritate, et approbatione prelatorum, quia isti omnes sunt libri, et dici poſsunt libri ordinis, immo etiam vti poſsumus priuilegijs, si quis fide dignus accedat, et aſserat, se legiſse et vidiſse aliquod priuilegium nobis conceſsum, quia hec probabilitas sufficit, ut detur eis fides in + conscientiæ, sic res se habere. Et sic credimus laycis aſserentibus se habere bullas cruciatę, ut eos à casibus reseruatis abſoluamus.

Pius 4. poſt conc. trid. confirmat priuilegia.

[illegible]

Initiari sacris poſsunt religiosi sicut ante, nō obſtāte restrictione conc. trid.

+ foro

Fides dāda viro probo aſserēti, se vidiſſe tale, vel tale priuilegium.

An priuilegiū perdat[ur] per nō vsum.

¶ Operæpretium videtur considerare circa priuilegia, quòd quamuis aliqui iuris periti affirment priuilegium p[er] non vsum perdi, ut notat author compendij priuilegiorum in comuni, verb. absolutio quo ad seculares p.º §. 18. et hoc iuxta. c. si de terra. de priuile. et cum accessisset. de constitut. et. ff. de nūdinis. l. 1. quę refert etiam glos. 11. q. 3. priuilegium. Sed probabilius videtur secundū Panor. in dicto. c. cum accessißet, quòd non perditur, nisi per prescriptionem. 40. annorum, et oportet habere scientiam priuilegij, vt currat perscriptio, et volūtatem non vtendi illo, ut patet in. c. citato, si de terra, et ad propositum vide. fr. Antonium de cordoua, in annotationibus, in compendio, verbo, absolutio, quo ad seculares p.º et vide Siluest. in verb. priuilegium. §. 11.

Frater Ant. de cordoua. Siluest.

Notandum, quòd si aliquod priuilegium cessasset p[er] non vsum, etiam si esset p[er] tempus perscriptionis per nouam concessionem omnium priuilegiorum, quę comuniter fit ab omnibus sūmis pontificibus reualidantur omnia, ac si de nouo concederentur, vt non semel dictū est ~~in compendio~~ supra.

¶ Sed vt omnibus clarius penitiusq[ue] patefiant illa, quę ad priuilegia expectant: queritur in presentia, quidnam verba illa importent, nimirū, motu proprio, et certa scientia et de plenitudine potestatis indulgemus.

¶ Et videtur, quòd frustra ponantur istæ clausulę: nam si pontifex concedit motu proprio, oportet, sit et similiter non ignorans, et etiam quia potestate habet concedendi: frustra ergo ponuntur tales clausulę.

.l. labeo. §. de ſupellec. legat. et tradit. Jas. in .l. 1. .§. fin. §. de verborum oblig.

¶ Sequitur etiam, eo quod in indulto Leonis ponitur de plenitudine poteſtatis, intelligitur ut princeps concedens ſit ſupra ius, et in eo diſpensare velle ob gratiam conceßam, et Leo Decimus se manifeſtat supra ius Clementinę. religioſi. de priuilegijs. et quod in eo diſpensat, efficit clauſula de plenitudine poteſtatis, ut id, quod principi placet, vim legis videatur habere, et ita habetur firmum, et ratum. Cauſat item quod clauſula ex certa ſcientia, nihil poſſit contra indultum opponi, quominus ſuum ſortiatur effectum ex ſingulis particulis: ergo ex omnibus his ſimul multa videntur conceſſa, quapropter certißimum apparet ex ipſo iure qualem vim habeat Leo. 10 tam ampla conceßio, et quam longe diſtent à iuris prudentia, qui contendunt, vel coarctare .l. caßare, aut in alium ſensum interpretari, quam verba ipſa ſonant. In domino ergo religioſi fruatur tanta principis gratia, et se exhibeant ut Dei miniſtros non deficientes ab incepto: quia ecce nūc tempus acceptabile: ecce nūc dies ſalutis: per infamiam et bonam famam, velut seductores, et ut veraces in omni patientia, ne in aliquo vituperetur tam excellens, et preſtantiſſimum miniſterium, sic vt ōnia velut ſtercora reputemus, ut chriſto animas ſuo redemptas ſanguine pretioſo adducamus. &c.

Prouincialis:-

¶ De poteſtate prouincialium fratum mendicātiū ſupra abſolutio 1. conceß. 5. et in breui Adria. [redacted] 6. et abſol.º 3. conceß. 9. et verb. cap.ᵃ prouincialia. verbo. declarare. et verb. diſpenſare. et verb. correctio. verb. electio.

¶ Quarta.

¶ De hac materia dictū eſt ſup. verb. canonica portio.

¶ Pius 5. ~~Quintus~~ motu proprio reuocauit omnes licen-tias, et facultates antea conceſsas religiosis, hospita-libus, vel quibuscunq; alijs personis recipiendi religio-sos alterius ordinis, vel apostatas, vel transferre volē-tibus; siue ex stictiori, siue laxiori ordine, et man-dat, quod eorum profeſsio virtute talis priuilegij sit nul-la, et quod tales translati etiam si viuant sub obe-dientia, et in claustro, mittantur ad ordinē, ex quo ſūt egreſsi.

¶ Ex hoc constat, quod priuilegium, quod habēt ~~los frayles dela merced, agora no vale nada~~, et ibidem translati non sunt ſecuri in conscientia.

+ frēs Mercenarij nūc nullius est mo-menti,

Sepelire.

¶ De hac materia vide supra verb. canonica portio. conceßi 1. 2. ~~one prima, et secunda~~. Et ſcito, quòd in cle-mentina. dudum. de ſepul. conceditur fratribus prę-dicatoribus, et minoribus, quòd poſsunt libere ſepe-lire omnes, qui elegerint sepeliri in eccleſijs suis.

¶ Ex hac conceſsione nota, quòd multi grauiſsi-mi iuriſtę dixerunt licere prędictis fratribus ire ad ferenda corpora illorum, qui elegerint sepeliri in eccleſijs suis, quia conceßa libera sepultura con-ceßum eſt iter ad capiendum funus. Silueſt. §. 4. citat in hac opinionem oldra. gemi. Joa. de ligna, summa angelica citat cardinalē.

Qn̄ aliquis eligit sepeliri apud frēs, pōt corpus eius deferri ab eisdē fratribus.

~~Siluest.~~

Prima conceſ.o

¶ Leo 10. ~~Decimus~~ reſtinxit in con~~cilio~~ lateranēſi, quòd quando monito, et requiſito parrocho non vult defferre corpus defuncti, quod tunc cū cruce proceßionaliter poſsunt ire dicti fratres. Jn compē-~~dio~~ priuileg. verb. sepult. conceſ~~sione~~. 18.

2.a conceß.o

¶ Pius 5. ~~Quintus~~ in sua bulla pagina. 18. declarauit, nec per ordinarios, nec per rectores ecclesiarum prohiberi

prohiberi poſse, vt fratres mendicantes etiam so-
los mortuorum corpora aßotiare non poſse.
¶ Pius ~~Quint~~ conceßit fratibus mendicantibus
indiarum, ut poßint exercere officium parrochi
cum Indis in monasterijs suorum ordinum, ~~y en~~
~~los pueblos de su visita~~, vt habes supra verbo.
capitula prouincialia.
¶ Aduerte quod Pius ~~Quint~~ licet concede-
bat dictis fratibus mendicantibus, ut poßent
exercere officium parrochi in dictis locis, non dicit,
quod abſolute, sed matrimonia celebrando, et ecclesiaſ-
tica ſacramenta miniſtrando: et sic non videtur in-
cludere fratres poße quidquid officium parrochi, ſed
solum, quod conuenit pro conuersione indorum, et
adhoc dirigitur petitio regis Philipi, ut patet in bre-
ui impreſso.
¶ Adhanc ~~autem~~ obiectionem, cui cum maximo applau-
ſu clerici exibunt obuiam. R^x. quod statim in litera ſe-
quitur, prout hactenus conſueuerunt. ſ. ante conc.^m Tride-
~~tinum~~ dicti fratres exercebant plura, quę sunt officij par-
rochi, et quia conuersioni indorũ conuenit, ad ſepeliē-
dum recipere eos indomibus nostris gratis. ~~ex~~ ex hoc
enim amplectuntur ea, quę fratres eos docet de fide, de
moribus, ideo poterunt exercere officium parrochi in lo-
cis dictis, etiam quo ad sepeliendos eos.

3.^a conceß.^o

+ et in populis de vi ſita eis aßignatis.

~~Obiectio~~.

Vnctio extrema.

Nicolaus Francus apostolicę sedis nuntius cũ
poteſtate legata de latere à pręfata ſede deputatus
in regnis castellę, et Aragonum et legionis, conceßit
monachis. S. Benedicti obseruantię Hispanię,
quod ſi quis intra ſepta suorum monaſteriorum infirmati fu-
erint

erint extremam vnctionem dare apostolica authori
tate libere, et licite possunt: parrochi, vel alterius cu-
ius cumque episcopi, vel superioris licentia, vel assensu
nullatenus requisito. Habetur in compendio priui-
~~legiorum secundæ~~ impressionis, verbo extrema vnctio.

nota

¶ Nota, quod ex eo, quod dicit hec concessio,
quod si qui infra septa monasteriorum infirmati fu-
erint, comprehendit quoscumque laicos, vel ecclesias-
ticos, quia vbi lex non distinguit, ubi distinguere po-
terat, nec nos distinguere debemus, sed vniuersa
liter intelligere. c. quia circa. de priuilegijs, et etiam
quia literę apostolicę semper debent aliquid de nouo
concedere, et addere. c. in his. eo. ti. sed fratres
S. Benedicti poterant suis fratibus infirmatibus,
siue in monasterijs, siue extra extremam vnctionem
dare, ergo per hanc concessionem additur, ut alijs
possint, in suis monasterijs infirmantibus adminis-
trare dictum sacramentum, alias nil concederet
hęc concessio facta authoritate papę.

Dubium.

¶ Sed si infirmantur extra monasteria, et ve-
niunt ad monasteria, poterunt ne dicti fratres
dictum sacramentum conferre? R. quod de iure
dicendum est, quod non possunt, quia cum sit hęc con-
cessio contra ius prohibens regularibus talia fa-
cere sub pena excommunicationis. Clem. religio.
de priuileg. debet stricte interpretari. i. ut sonat. At
quia nobis concessa sunt nostra priuilegia, etiam
quæ habemus per communicationem cum ordinibus men-
dicantibus iuxta eorum fauorabiliorem interpre-
tationem, vt dictum est supra verb. priuileg. con-
cessione 2. debet hoc latissime interpretari, quod
non est, nisi intelligatur, quod vbicumque infirmati
fuerit

fuerint, si in nostris monasterijs vere infirmi reperiuntur, poſsimus eis extremam vnctionem conferre. ℒℱ. Nam ad id debet fieri alia interpretatio, cum patiatur litera, vt vellent dicere illa verba. ſ. si qui infirmati fuerint infra ſepta monasterij. i. si qui ibi vere infirmi fuerint.

¶ Aduerte, quod si iſti infirmi fuerint Indi nō eſt dubium, nisi quod poſsumus in Indiarū monaſterijs hoc ſacramentum conferre, vt conceſsit Paul. 4. supra verb. baptizare. et Pius ~~quintus~~ supra verb. capitula prouincialia, et Similiter fratibus noſtri ordinis, vt patet in gloſsa prologi conſtitutionum Sti Dominici, et similiter noſtris familiaribus. vide verb. familiares.

¶ Sacramentum autem Eucharistię nulli dubium, nisi quod poſsimus adminiſtrare, ubicumq; fuerint infirmati, etiā omnibus cuiuſcūq; gradus reperti fuerint in domibus noſtris, ut dictū eſt supra. verbo. cōmunicare. ℒℱ.

Finis compendij.

+

Y si a las osequias de amor
se allaren se Lio y Laura
juntos porq̃ ansi conbina
en una pobre cabaña

Y agora en otras osequias
funerales y amargas
sera rason que se allen
juntos pues que junto andan

porq̃ puedan ser testigos
de las rrasones q̃ pasan
en este despenamiento
de otros dos cuer pos y un alma

04738

Codex
Lat
4
I-SIZE